This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

531

Per.
Vak 165

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

J. Hanicq éditeur à Malines.

Per 165
5 31

FLORILEGIUM PIETATIS

CONTINENS

DEVOTISSIMAS PRECES, ET USITATISSIMA CANTICA, PSALMOS, HYMNOS AC ORATIONES,

QUAE PER ANNUM IN

ECCLESIIS

ADHIBENTUR.

AD USUM

CANTORUM, ET STUDIOSE JUVENTUTIS.

1927

Superiorum permissu.

SITTARDIÆ,

TYPIS J. M. ALBERTS ET FILIORUM.

Liturgische Vereeniging
Aartsbisdom Utrecht
Volgnummer Bibliotheek

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIO.

Imprimi potest.

Ruraemundae, hac 24 Nov., 1846.

J. A. PAREDIS,

ADM. APOSTOLICUS, etc.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

Cum intentio fuit, precantibus et concinentibus procurare parvum, et levem portatu, libellum, ne semper graviora volumina secum ferre cogerentur, angustiae hujus non permisêre, omnia, quae forte desideras, inseri: quare ex Cœlesti Palmeto, Vesperali, Deliciis animae, aliisque approbatis libris tantummodo, quasi flores collecta sunt ea, quae maxime devotionem movere videbantur, et plurimum in ecclesiis adhiberi solent. — Consule Lector amice boni: lege Monitum Cantoribus p. 268; et utere hoc Florilegio ad majorem Dei gloriam animaeque tuae salutem. —

Caeterô hunc qualemcumque libellum, bona intentione susceptum, cujusque meliora sapientis, ac amice monentis judicio libenter submittit editor, quae inexacta, omittenda aut addenda erunt, altera editione emendaturus.

Digitized by Google

TABELLA TEMPOR. FESTOR. MOBILIUM.

Anno Dni.	Lit. Dom	Dies Cinер.	Pascha.	Pente-costes.
1847	c	17 Febr.	4 April.	23 Maii.
1848	b a	8 Mart.	23 April.	11 Junii.
1849	g	21 Febr.	8 April.	27 Maii.
1850	f	13 Febr.	31 Mart.	19 Maii.
1851	e	5 Mart	20 April.	8 Junii.
1852	d c	25 Febr.	11 April.	30 Maii.
1853	b	9 Febr.	27 Mart.	15 Maii.
1854	a	1 Mart.	16 April.	4 Junii.
1855	g	21 Febr.	8 April.	27 Maii.
1856	fe	6 Febr.	23 Mart.	11 Maii.
1857	d	25 Febr.	12 April.	31 Maii.
1858	c	17 Febr.	4 April.	23 Maii.
1859	b	9 Mart.	24 April.	12 Junii.
1860	a g	22 Febr.	8 April.	27 Maii.
1861	f	13 Febr.	31 Mart.	19 Maii.
1862	e	5 Mart.	20 April.	8 Junii.
1863	d	18 Febr.	5 April.	24 Maii.
1864	c b	10 Febr.	27 Mart	15 Maii.
1865	a	1 Mart.	16 April.	4 Junii.
1866	g	14 Febr.	1 April.	20 Maii.
1867	f	6 Mart.	21 April.	9 Junii.
1868	e d	25 Febr.	12 April.	31 Maii.
1869	c	10 Febr.	28 Mart.	16 Maii.
1870	b	2 Mart	17 April.	5 junii.
1871	a	22 Febr.	9 April.	28 Maii.

Digitized by Google

JANUARIUS.

1 a *Circ. Dom.* d. 2.
2 b Oct. s Steph. d.
3 c Oct. s Jo. A. d. 2.
4 d Oct. ss Innoc. d. 2
5 e Vigil. Epiph. sd.
6 f *Epiph. D.* d. 1.
7 g De oct. Epiph.
8 a De octava.
9 b De octava.
10 c De octava.
11 d De octava.
12 e De octava.
13 f Oct. Epih. dup.
14 g Hilar, ep. et c. sd
15 a Pauli I. erem. d.
16 b Marcel. p. et m. sd
17 c Antonii abb. d.
18 d Cath. s Pet. d. m
19 e Can. reg. et m sd
20 f Fab. et S. m. d.
21 g Agnet. v. et m. d.
22 a Vinc. et Anast.
23 b Raym. de P. c. sd
24 c Thim. ep. m. sd.
25 d Conv. s Paul a. dm
26 e Polyc. ep. m. sd.
27 f Joan. Chr ep. c. d.
28 g Agnet. sec.
29 a Fr. Sal. e. c. d.
30 b Martinæ v. m sd.
31 c Petri Nol. c. d.

FEBRUARIUS.

1 d Ignat. ep. et m. sd
2 e *Pur. B. M.* d. 2.
3 f Blasii ep. et m. d
4 g Andr. Cors. e. c. d
5 a Agat vir. et m. d.
6 b Doroth. v. m. d.
7 c Romuald ab. d.
8 d Joan. de M. c. d.
9 e Apolloniæ v. m.
10 f Scholasticæ v. d.
11 g
12 a
13 b
14 c Valent. Presb. m,
15 d Faust. et Jov. m.
16 e
17 f
18 g Simeon. ep. et m.
19 a
20 b
21 c
22 d Cath. s Pet. dm.
23 e Vigilia.
24 f Mathiæ Ap. d. 2.
25 g
26 a
27 b
28 c

Digitized by Google

MARTIUS.		APRILIS.	
1	d	1	g
2	e	2	a Franc. de P. c.d.
3	f	3	b
4	g Casim. conf. s,d.	4	c Isidor. ep c. d.
5	a	5	d Vinc. Fer. conf. d
6	b	6	e
7	c Th. de Aq. con. d	7	f
8	d Joan. de Deo. d.	8	g
9	e Franciscæ vid. d	9	a
10	f Quadr. Mart. sd	10	b
11	g	11	c Leo P., et D. d.
12	a Gregor. P. c. D. d	12	d
13	b	13	e Hermeneg. m. sd
14	c	14	f Tib. Val. Max. m
15	d	15	g
16	e	16	a
17	f Patrit ep. et c. sd	17	b Aniceti P. et m.
18	g	18	c
19	a Joseph c. d. 2.	19	d
20	b	20	e
21	c Benedicti abb. d	21	f Ansel. ep. et c. d.
22	d	22	g Sot. et Caii. p m,
23	e	23	a Georgii m. sd.
24	f	24	b Fidel. a Sig. m. d.
25	g *An. B M. V.* d. 2	25	c Marci Ev. d. 2.
26	a	26	d Cl. et Marc. p. m sd
27	b	27	e
28	c	28	f Vitalis mart.
29	d	29	g Petri mart. dup.
30	e	30	Cathar. Sen. v. d.
31	f		

Digitized by Google

MAJUS.	JUNIUS.
1 b Phil.et jac.A.d.2	1 e
2 c Athan. ep.et c.d	2 f Marcell Pet. m.
3 d Inv. s Cruc. d. 2.	3 g
4 e Monicæ vid. d.	4 a Fr. Carac. c. d.
5 f Pii V. P. et c. d	5 b
6 g Joan.a.p.lat.d.m	6 c Norb. ep. et c. d.
7 a Stan. ep. et m..d	7 d
8 b Ap. s Mich Ar.dm	8 e
9 c Greg. Naz. ep. c.d	9 f Primi et Fel. m.
10 d Ant. ep. et c. sd	10 g Marg. Reg. Sc.
11 e	11 a Barn. Ap. d. m.
12 f Ner, Ach etc. sd.	12 b Joan. a s Fac. d
13 g	13 c Ant. de Pad. c. d.
14 a Bonifacii mart.	14 d Basil. M. ep c.d.
15 b	15 e Viti et Mod. m.
16 c Ubal. ep. et c. sd	16 f
17 d Pasch. B. con: d.	17 g
18 e Venant. mart. d.	18 a Marci et Marc. m
19 f Petr. Cœl. P. c.d.	19 b Jul. de Fal. v.d
20 g Bern. Sen. c. sd.	20 c Silverii P. et m.
21 a	21 d
22 b	22 d Paulini ep. et c.
23 c	23 f Vigilia.
24 d	24 g Nat s Joa. B. d. 1
25 e M. Magd. de P. v.	25 a Oct. Nat s Joan.
26 f Phil. Ner. c. dup.	26 b Joan et Paul m d
27 g Joan. Pap. et m.	27 c Oct. Nat. s Joan.
28 a	28 d Leon. P. et c. sd.
29 b	29 e Pet et Paul A. d. 1
30 c Felic. P. et m.	30 f Com. s Paul A. d.
31 d Petronillæ virg.	

Digitized by Google

JULIUS.	AUGUSTUS.
1 g Oct. s Joan.B.d.	1 c Petri ad vinc.d.m
2 a Vis. B. M.V.d.m	2 d Steph. P. et m.
3 b De Octava.	3 e Inv. s Steph.P.sd
4 c De Octava.	4 f Domnic. conf. d.
5 d De Octava.	5 g Ded. s M ad n.dm
6 e Oc. A.Pet.et P,d.	6 a Transfi.Dn.d.m
7 f	7 b Cajet.Th con.d.
8 g Elis. Reg. P. sd.	8 c Gyr.,Lar, et S.m
9 a	9 d Vig com. s Rom.
10 b Sept. Frat.m.sd	10 e Laurent. m. d.2.
11 c Pii Pap. et mart.	11 f De oct. s Laur.
12 d Joan.Gual.ab.d	12 g Claræ virg. dup.
13 e Anacl. P. et m.sd	13 a De Octava.
14 f Bonav.ep. et c.d	14 b De Octava.
15 g Henr. Imp.c. sd.	15 c *As. B.M. V.* d.1
16 a B.M.Carmel. dm	16 d Hyacint. con. d.
17 b Alexii conf. sd.	17 e Oct. s Laur. d.
18 c Camil.deLel.c.d	18 f De oct. et c, s A.
19 d Vinc. a Paul c. d	19 g De Octava.
20 e Hier. Æmil.c. d.	20 a Bernardi ab. d.
21 f Praxedis virg.	21 b joann. Franc, d.
22 g Mar. Magd.dup.	22 c Oct. Ass. B. M.d.
23 a Apol.ep. et m.d	23 d Phil. Ben. c. d.
24 b Vig. et c. s Chr.	24 e Barth. Ap. d. 2.
25 c Jacobi Ap. d d.2	25 f Lud. Reg. Fr. c.sd
26 d An. Mat. B.M.dm	26 g Zephyr. P. et m.
27 e Pantaleonis m.	27 a Jos. Cal. c. d.
28 f Naz. Cel. m. sd.	28 b Aug. ep. c. D. d.
29 g Marthæ virg.sd.	29 c Dec. s Joan B.dm
30 a Abdon.et Sen.m.	30 d Rosæ a s M. v. d.
31 b Ignatii conf. d.	31 e Raym. N. c. d.

Digitized by Google

SEPTEMBER.	OCTOBER.
1 f Ægid.abb.7 fr.m	1 a Remig.ep,et c.sd
2 g Steph R.H.c.sd.	2 b Angel. cust. d.
3 a	3 c
4 b	4 d Francisci c. d.
5 c Laur.Just.e,c.sd	5 e Plac. et Soc, m.
6 d	6 f Brunonisconf.d.
7 e	7 g Marci Pap. et c.
8 f *Nat B. M.* d. 2.	8 a Birgittæ vid. d.
9 g De o.Nat.B.M d	9 b Dion.Rust.m,sd.
10 a Nic.de Tol. c. d.	10 c Fr. de Borg.c. sd
11 b De Octava.	11 d
12 c De Octava.	12 e
13 d De Octava.	13 f Ed. Reg. c. sd.
14 e Exal.sCruc. dm.	14 g Call. P. et m sd.
15 f Oct. Nat. B. M.d.	15 a Theresiæ virg. d
16 g Cor.etCyp.p.sd.	16 b
17 a Imp stig. sFr.d.	17 c Hedwig. vid. sd.
18 b Jos. a Cup. c. d.	18 d Lucæ Ev. d. 2.
19 c Janu.ep.et s.m.d	19 e Petri de Alc.c.d.
20 d Eust. et soc.m.d	20 f Joan. Cant. c.d,
21 e Math.A.et E.d.2	21 g Hilarionis ab.
22 f Th. a Vil. ep. d.	22 a
23 g Lini P. et m. sd.	23 b
24 a Fest.BV.deM. dm	24 c
25 b	25 d Chrys.etDar.m.
26 c Cyp. et Just. m.	26 e Evaristi P. et m,
27 d Cos et Dam.m.sd	27 f Vigilia.
28 e Wenc.d.et m. sd	28 g Sim. et J.ap.d,2
29 f Ded.s Mich. d.2.	29 a
30 g Hier. Presb et Ecc, Doct. dup.	30 b
	31 c Vigilia

Digitized by Google

NOVEMBER.	DECEMBER.
1 d *F. o. Sanct.* d. 1.	1 f
2 e Com. om. fi. Def. d	2 g Bibian. v, m. sd
3 f De Octava.	3 a Franc. Xav. c. d
4 g Caroli ep. et c. d.	4 b P. Chryso. ep. c. d
5 a De Octava.	5 c S. Sabbae abb.
6 b De Octava.	6 d Nicolai ep. et c. d
7 c De Octava.	7 e Ambr. ep. c. D. d.
8 d Oct. om. sanct. d.	*8* f *Con. B. M. V.* d, 2
9 e Ded. Bas. Salv. d	9 g De Octava.
10 f Andr. Avel. c. d.	10 a De Octava.
11 g Martin ep. et c d	11 b Dam, P. et c. sd.
12 a Martin P. m sd.	12 c De Octava.
13 b Didaci conf. sd.	13 d Luciae v, m, d.
14 c	14 e De Octava.
15 d Gertrud virg. d.	15 f Oct. Concept. d.
16 e	16 g Eus. ep. m. sd.
17 f Greg. Th. ep. c. ss.	17 a
18 g D. Bas. Pet. et p, d	*18* b
19 a Elisabeth vid. d	19 c
20 b Fel. de Val. c. d.	20 d Vigilia.
21 c Præs. B. M. d. m,	21 e Thom, Ap. d, 2.
22 d Cecil. v. et m. d.	22 f
23 e Clem. P. et m. sd	23 g
24 f Joannis a Cr. d.	24 a Vigilia.
25 g Cath. v. et m d.	25 b *Nat. D. N.* d. 1.
26 a Pet. Al. ep. et m.	26 c Steph. Pto-m. d. 2
27 b	27 d Joan. ap. et ev. d 2
28 c	*28* e ss Innocent. d. 2
29 d Vig. cum com. s Saturnini m.	29 f Thom. C. ep. m
30 ● Andreae Ap. d. 2	30 g De D. i, oc. Nat
	31 a Silv. P. et c. d

Digitized by Google

PRECES MATUTINÆ.

Cum manè evigilas, statim omnes cogitationes tuas abjice de corde tuo, somnia potissimum, quæ somniasti in nocte, quibus te diabolus vellet occupare; primitias cogitationum tuarum offer Deo, et cogitationes vanas, quæ tunc maximè infestant mentem, à te abjicias; ex hoc eris ad omne opus devotior et expeditior totâ die.

Muniens te signo Crucis, ità diem auspicare.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, et Filio et Sipiritui Sancto,

Digitized by Google

℟. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Benedicta sit sanctissima Trinitas, et indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit hâc nocte nobiscum misericordiam suam.

Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Gratias tibi ago, ô piissima Virgo Maria, pro universis favoribus tuis; et tibi, sancte Angele Dei, qui custos es mei; et vobis cœli Principes, sancti Patroni Patronæque omnes.

℣. Magnificate Dominum mecum.

℟. Et exaltemus nomen ejus in id ipsum.

Tum ita prosequere:

In nomine Domini nostri Jesu Christi Crucifixi surgo, qui me redemit pretioso suo Sanguine; ipse me hodie benedicat, regat, custodiat, ab omni malo defendat, et post hanc miseram vitam, perducat ad vitam æternam. Amen.

Deinde sine mora surge; inter induendum considera aliquod mysterium Passionis Domini; et postquam vestitus es, cogita, Deum tibi esse præsentem, illius magnitudinem et tuam vilitatem indignitatemque perpende; dole, quod

Digitized by Google

eum unquam offendisti, firmumque fac propositum vitam tuam emendandi, et in posterum ab omnibus peccatis et peccandi occasionibus cavendi, et recita flexis genibus.

Gratiarum actio.

Gratias tibi ago, clementissime Deus, fons bonorum omnium! quia me ad imaginem tuam creasti; et pretioso Filii tui Sanguine redemisti, et, præter alia innumera beneficia hucusque tam clementer conservasti, et hâc nocte a variis periculis, malisque præservans, ad hujus diei initium incolumem perduxisti: tuam Majestatem reverenter pro me salutent beati Spiritus, et Sancti omnes, tuumque gloriosum nomen pro me collaudent, ut quovis momento temporis, et in sæcula benedicaris. Amen.

Actionum directio.

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hoc diei hujus auspicium; accipe totius diei obsequium, quod divinæ Majestati tuæ offero in gratiarum actionem pro beneficiis, in satisfactionem pro delictis, ad laudem et gloriam Nominis tui, in unione sanctissi-

Digitized by Google

morum operum dilectissimi Filii tui, in quo tibi benè complacuit. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio Dominica.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Salutatio Angelica.

Ave Maria, gratiâ plena! Dominus tecum. benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in horâ mortis nostræ. Amen.

Symbolum Apostolorum.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de

Digitized by Google

Spiritu Sancto, natus ex Mariâ Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mórtuus et sepultus. Descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis. Indè venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum. Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Et vitam æternam. Amen.

X. *Praecepta Decalogi.*

1. Ego sum Dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me, nec facies tíbi sculptile, ut adores illud. 2. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. 3. Memento ut diem Sabbati sanctifices. 4. Honora Patrem et Matrem tuam, ut sis longævus super terram, 5. Non occides. 6. Non mœchaberis. 7. Non furtum facies. 8. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. 9. Non concupisces uxorem proximi tui. 10. Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, et universa, quæ illius sunt.

Digitized by Google

V. *Praecepta Ecclesiae.*

1. Statuos Ecclesiæ festos dies celebrato. 2. Sacrum Missæ officium diebus festis reverentur audito. 3. Indicta certis diebus jejunia, et à quibusdam cibis abstinentiam observato. 4. Peccata Sacerdoti proprio, aut alteri cum ejus facultate singulis annis confitetor. 5. Sacrosanctam Eucharistiam ut minimum semel in anno, idque circa festum Paschæ, sumito.

Actus Fidei.

Credo Domine Deus! quidquid per Scripturam unigenitumque Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum et ss. Apostolos revelasti, mihique per Ecclesiam, quæ columna est, et firmamentum veritatis, credendum proposuisti. In hac Catholica fide per tuam gratiam vivere et mori statuo. Amen.

Actus Spei.

In te, benignissime Pater! Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, omnem spem meam ac fiduciam repono Magna quidem et multa sunt delicta mea; tua tamen infinities major est bonitas, quæ non vult mortem pec-

Digitized by Google

catoris, sed ut convertatur et vivat: hâc tuâ immensâ bonitate fretus, remissionem omnium meorum peccatorum, et vitam æternam me consecuturum planè confido.

Actus Charitatis.

Quis te non amet, amamissime Deus! qui in charitate perpetua dilexisti nos, Filiumque tuum unigenitum dedesti pro nobis? Quando, mi Deus, veniam, et apparebo ante faciem tuam, cupitisque complexibus tuis æternum fruar?

Commendatio sui ad Deiparam.

O Domina mea! Sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, et singularem custodiam. et in sinum misericordiæ tuæ, hodie et quotidie, et in hora exitûs mei, animam meam, et corpus meum tibi commendo. Omnem spem et consolationem meam, omnes angustias et miserias meas, vitam et finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem, et per tua merita, omnia mea dirigantur, et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem. Amen.

Digitized by Google

Ad Angelum Custodem.

Sancte Angele Dei, qui custos es mei! me tibi commissum pietate supernâ, hoc die custodi, illumina, defende, guberna.

Ad Cœlites Tutelares.

Sancti Patroni mei, sancte Joachim, sancte Joseph, sancte N. sanctæ Patronæ meæ, sancta Anna, sancta Barbara. sancta N. omnes Sancti et Sanctæ Dei! me piis vestris precibus, ac gratiosis meritis, servate à malis omnibus.

Dignare Domine, hoc die sine peccato nos custodire. Miserere nostri Domine, miserere nostri. Fiat misericordia tua Domine super nos. quemadmodum speravimus in te.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tuâ nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullam declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam

Digitized by Google

faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum. Amen.

PRECES VESPERTINÆ.

Vesperi dum cubitum te conferes, cave, ne Dei sis immemor, cujus favore hucusque diem et vitam transegisti, forsan non traducturus usque manè, nisi Deum tibi hoc vespere concilies. Sic itaque ad somnum et quietem te semper compone, ac si quis auri insusurret: Hâc nocte repetent animam tuam.

Ideoque orandum cum Propheta:

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem, nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Digitized by Google

Tum flexis genibus ita prosequere.

I. GRATIARUM ACTIO.

Benedicta sit sancta Trinitas, et indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit etiam hoc die nobiscum misericordiam suam.

Ago tibi gratias, omnipotens Deus, ex intimo corde pro omnibus beneficiis tuis, quæ mihi indigno, hodiè, et totâ vitâ meâ tam liberaliter contulisti; ac multis etiam periculis, et pœnis meritis, in quas non pauci incurrerunt, per tuam misericordiam liberasti. Sit tibi laus, et gloria, à me, et ab Electis tuis, in cœlo, et in terra, et ab omni creatura tua in sæculorum sæcula.

Gratias tibi ago, ô piissima Virgo Maria, pro universis favoribus tuis, et tibi sancte Angele Dei, qui custos es mei, et vobis cœli Principes, Sancti Patroni Patronæque omnes.

II. PETITIO LUMINIS.

O immensa Majestas! in multis eheu! offendimus omnes; sed delicta quis intelligit? Tu, ô lux vera, illumina tenebras meas, ut videam et sciam, quid mihi defit. Da, ut quidquid hodie con-

Digitized by Google

tra te cogitando, loquendo vel operando deliqui, id plenè recogitem in amaritudine animæ meæ.

III. DISCUSSIO CONSCIENTIÆ.

O scrutator cordium et renum Deus, infelix ego peccavi super numerum arenæ maris. Et quid possum tibi celare, qui consideras semitas meas, et omnes gressus meos dinumeras? Imperfectum meum vident oculi tui. Et, si meipsum rectè inspicio, invenio me hodie graviter offendisse te, Deum meum, præsertim in his, etc.

Hic diligenter te ipsum examina, et totius diei decursum memoriá repete; ubi fueris, quibuscum egeris, quid dixeris, feceris, et cogitaveris expende.

IV. PETITIO VENIÆ.

O Deus inexhaustæ misericordiæ! qui non lætaris in perditione peccatorum; respice me secundum multitudinem miserationum tuarum. Ego omnes offensas hujus diei, et totius anteactae vitae meae depono in âbyssum aeternae Charitatis tuae, quâ dilexisti nos. Doleo ex intimo corde meo, me tam ingratum fuisse tot beneficiis tuis, et toties te, Deum et summum bonum meum offen-

Digitized by Google

disse. Precor per mortem et amorem Filii tui, Jesu Christi, parce misero, et dimitte mihi clementissime, quidquid hodie, vel unquam in te, proximum et me ipsum peccavi.

V. PROPOSITUM EMENDATIONIS.

O Potentissime Deus! coram te, et omni curia cœlesti propono firmiter exactiùs ad regulam voluntatis tuae, seu vocationis meae, vitam instituere cunctis diebus vitae meae, quos tu mihi pro paterna tua clementia dare voles; sed tu nosti, ô Pater, quia hoc nequeo sine Gratia tua: Tu, Qui dedisti velle, da perficere; da quod jubes, et jube, quod vis; ut sobriè, justè et piè vivam in hoc, et aeternum te laudem cum Sanctis tuis in futuro saeculo.

HYMNUS ECCLESIÆ.

Pro tempore vespertino.

Te lucis ante terminum
  Rerum Creator poscimus,
Ut pro tua clementia
  Sis praesul et custodia.
Procul recedant somnia,
  Et noctium phantasmata

Digitized by Google

Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Praesta, Pater piissime,
Patrique compar unice
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne saeculum. Amen.

Ant. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace.

v. Custodi nos Domine, ut pupillam oculi.

ʀ. Sub umbra alarûm tuarum protege nos.

v. Domine exaudi orationem meam.

ʀ. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Visita, quaesumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, et Benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum, etc.

Petitio benedictionis.

Dignare Domine Jesu, cum Patre et Spiritu Sancto, dare mihi tuam Benedictionem, uberemque Gratiam, ut tibi in somno et vigilia, in vita et morte,

Digitized by Google

puro corde et casto corpore perfecte semper placeam Amen. Benedicat et eustodiat nos omnipotens et misericors Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Inter exuendum dic Ps. Miserere *vel* De profundis.

Dum lectum ingrederis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi crucifixi cubitum eo; ille me benedicat, regat, custodiat, et ad vitam perducat aeternam. Amen.

In Lecto.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Deus veritatis.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum, pietate supernâ custodi, rege, et guberna. Amen.

In pace in id ipsum dormiam et requiescam.

Deindè honestè compositus, occupato piâ meditatione animo, quasi in Vulnere Lateris Christi, aut Angeli Custodis complexu, vel in tumba sepulchrali sommum expecta, pièque indormisce.

Digitized by Google

PRECES

AD

VARIOS ACTUS PER DIEM.

Cùm manè, meridie, et vesperi Salutationis Angelicæ signum datur.

Angelus Domini nuntiavit Mariae, et concepit de Spiritu Sancto. Ave Maria, etc.

Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Ave Maria, etc.

Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, Ave Maria, etc.

ORATIO.

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Oratio ante recitationem Precum.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas lòquitur, et quem nullum latet secretum; purifica per infusionem S. Spiritûs cogitationes cordis nostri, ut te perfectè diligere, et dignè laudare mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

Ad aliud quodcumque bonum opus.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio, et operatio à te semper incipiat, et per e cœpta finiatur.

Tua nos, quaesumus Domine, Gratia semper praeveniat, et sequatur, ac bonis operibus jugiter praestet esse intentos.

Pro te sint omnia, Deus meus et omnia.

Suscipe hoc opus meum, in unionem meritorum Christi Jesu.

Da mille vitas, millies vivam tibi.

Post opus pium.

Suscipe, clementissime Deus, pre-

Digitized by Google

cibus et meritis B. Mariae semper Virginis, et omnium Sanctorum et Sanctarum, officium servitutis nostrae, et, si quid dignum laude egimus, propitius respice, et quod negligenter actum est, clementer ignosce. Qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Post aliquam bonam inspirationem.

Clementissime Pater! per Unigenitum tuum obsecro te, da mihi gratiam et virtutem, hanc inspirationem, si à te fuerit, et omne beneplacitum tuum perficiendi.

Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis; major est enim omni laude. Eccl. 43.

Ante quodvis negotium.

Mitte Domine sapientiam de cœlis sanctis tuis, et à sede Magnitudinis tuae, ut mecum sit, et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. *Sap.* 9.

Oratio S. Thomae Aquinatis.

ANTE STUDIA.

Creator ineffabilis, qui de thesauris sapientiae tuae tres Angelorum hierarchias condidisti, et eas super cœlum

Digitized by Google

empyreum miro ordine collocasti, atque elegantissime partes universi distribuisti, Tu, inquam, qui verus fons luminis et sapientiae diceris, atque supereminens principium, infundere digneris super intellectûs mei tenebras tuae radium claritatis, duplices à me removens tenebras, peccatum scilicet et ignorantiam. Tu, qui linguas infantium facis esse disertas, linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuae Benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, addiscendi facilitatem, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, loquendi gratiam copiosam: ingressum instruas, progressum dirigas, egressum compleas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Post studia.

Infunde, quaesumus Domine, cordibus nostris lumen Sapientiae tuae, ut te veraciter cognoscamus, et fideliter diligamus. Qui vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Cum domo egrederis.

Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Gressus meos

Digitized by Google

dirige secundum eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis injustitia.

Abrenuntio tibi Sathana, et adhaereo tibi Christe, qui es via, veritas, et vita.

Templum praetergrediens.

Sancte N. Sancta N. ora pro nobis.

Si in eo asservetur venerabilis Eucharistia, caput detegens et dimittens, dicito:

Adoramus te Christe, et benedicimus tibi.

Pertransiens cœmiterium.

Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis.

Ad effigiem Christi.

Qui passus es pro nobis, miserere nobis.

Ad imaginem Deiparæ.

O Mater Dei, memento mei.

Ad horæ pulsum.

Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria.

Cum ad peccandum tentaris.

Domine, tu scis, quia amo Te. Quo-

Digitized by Google

modo possum hoc malum facere! O Jesu, esto mihi Jesus! O succurre Maria!

Cum injuriam pateris.

Patiar, Domine, amore tui, qui in me tibi toties injurium, tam bonus, tam benigus es.

Dum beneficium aliquod accipis.

Praesta, dulcissime Jesu, ut in unione Charitatis plus quam paternae, quâ me ingratissimum, et vilissimum paccatorem diligis, hoc dono, et aliis infinitis, quae de benigna tua manu prodeunt, solummodo utar, secundum beneplacitum tuum, et ad majorem tui Gloriam.

Contra obscœnas cogitationes.

O bone Jesu! ô sanctissima Mater et Virgo Maria! ne finas quaeso, ut tam immani scelere me obstringam.

Benedictio Mensae.

Oculi omnium in te sperant Domine, et tu das illis escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal Benedictione. Gloria Patri, et Filio, etc.

Kyrie eleison, etc.

Pater noster, etc.

Digitized by Google

OREMUS.

Benedic Domine nos, et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Gratiarum actio post Mensam.

Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster etc.

v. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, et usque in saeculum.

OREMUS.

Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.

ITINERARIUM.

Ant. In viam pacis.

Canticum Zachariae.

1. Benedictus Dominus Deus Israël, * quia visitavit, et fecit redemptionem plaebis suae:

Digitized by Google

2. Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.

3. Sicut locutus est per os sanctorum, * qui à sæculo sunt, Prophetarum ejus:

4. Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos.

5. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, * et memorari testamenti sui sancti.

6. Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

7. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

8. In sanctitate et justitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

9. Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

10. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

11 Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

12. Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, etc.

In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus:

Digitized by Google

et Angelus Raphaël comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute, et gaudio revertamur ad propria.

Kyrie eleison, etc.

Pater noster, etc.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Esto nobis Domine, turris fortudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non opponat nocere nobis.

℣. Benedictus Dominus die quotidie.

℟. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

℣. Vias tuas Domine demonstra nobis.

℟. Et semitas tuas edoce nos.

℣. Utinam dirigantur viæ nostræ.

℟. Ad custodiendas justificationes tuas.

℣. Erunt prava indirecta.

℟. Et aspera in vias planas.

℣. Angelis suis mandavit de te.

℟. Ut custodiant te in ómnibus viis tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Digitized by Google

OREMUS.

Deus, qui filios Israël per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te stellâ duce pandisti: tribue nobis quæsumus, iter prosperum, tempusque tranquillum, ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti, quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine, in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus, ut te duce, quo tendimus, prosperè perveniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in Salutis tuæ prosperitate dispone: ut inter omnes viæ, et vitæ hujus varietates tuo semper protegamur auxilio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus

Digitized by Google

ut familia tua per viam salutis incedat, et beati Joannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perveniat Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nomine Domini, Amen.

PRECES

PRO SINGULIS

DIEBUS HEBDOMADÆ.

DIE DOMINICA,

Ad Sanctissimam Trinitatem.

HYMNUS.

Jam sol recedit igneus;
Tu lux perennis Unitas,
Nostris, beata Trinitas,
Infunde amorem cordibus.

Digitized by Google

Te manè laudum carmine
Te deprecamur vesperè;
Digneris, ut te supplices
Laudemus inter Cœlites.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæculum per omne gloria. Amen.

Ant. Te Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam et individuam Trinitatem, toto corde et ore confitebimur, laudamus. atq. benedicimus; tibi Gloria in sæcula;

℣. Benedictus es Domine in firmamento cœli.

℟. Et laudabilis et gloriosus in saecula.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ Fidei, æternæ Trinitatis Gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut ejusdem Fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

Hymnus SS. Ambrosii et Augustini.

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Digitized by Google

Te æternum Patrem, omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, et universæ potestates.

Tibi Cherubim et Seraphim: incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra, Majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ Majestatis.

Venerandum tuum verum, et unicum Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Digitized by Google

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis, in gloriâ numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus Nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Dignare Domine, die isto: sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos; quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar in æternum.

℣. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum.

℟. Et laudabilis, et gloriosus in saecula.

℣. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.

℣. Benedictus es, Domine Deus, in firmamento cœli.

℟. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Digitized by Google

℣. Benedic, anima mea, Domino.

℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus tuam semper clementiam exerantes; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad praemia futura disponas.

ORATIO.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de ejus semper consolatione gaudere.

ORATIO.

Deus qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum: pro postulationibus nostris votisque susceptis gra-

Digitized by Google

tias agimus, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum.

Symbolum S. Athanasii.

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in Unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est Divinitas. aequalis Gloria, coaeterna Majestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus.

Digitized by Google

Sicut non tres increati, nec tres immensi; sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii; sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus:

Et tamen non tres Domini; sed unus est Dominus.

Quia sicut singulatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri, Christianâ veritate compellimur, ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholicâ Religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus; sed genitus.

Spiritus sanctus à me Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus; sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Digitized by Google

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus; sed totae tres Personae coaeternae sibi sunt et coaequales.

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et Unitas in Trinitate, et Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, ita de de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo Fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus, et homo est.

Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus, et homo est ex substantia matris in saeculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, et humanâ carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem: minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Digitized by Google

Unus omnino non confusione substantiae; sed Unitate Personae.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est Fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Commendatio sui.

Totum me, Domine, Deus in sinum benignissimae providentiae, et voluntatis tuae transfundo: laetusque in sanc-

Digitized by Google

tissimo beneplacito tuo conquiesco. Tu de vita, omnibusque rebus meis dispone, quomodocumque pro majore tua gratia libitum fuerit. Id unum summis à te precibus efflagito, ne umquam permittas me seperari à te: praestaret aeternas geheunae subire pœnas. Excita proinde et conserva in me fidem vivam, Spem firmam, et ardentem Charitatem, neque duc per viam mandatorum tuorum, donec transeam in locum Tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei *Psalm.* 41. 5.

Petitio Benedictionis.

Benedícat mihi indignissimae creaturae suae, Deus † Pater, et † Filius, et † Spiritus Sanctus. Amen.

Omnipotentia Patris conservet me, Sapientia Filii tui erudiat me Charitas Spiritûs sancti accendat me, ut te Deum meum, unum in substantiâ, et trinum in Personis, hic in terris agnoscam, amem, et praedicem, in cœlis aeternum intuear et amplectar. Amen.

Digitized by Google

Aliae preces in honorem omnium sanctorum, ut Deum pro nobis orare velint.

LITANIÆ.

Kyrie eleison.
Christe eleison,
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriël,
Sancte Raphaël,
Omnes sancti Angeli et Archangeli,
Omnes SS. Beatorum Spirituum Ordines,
Sancte Joannes Baptista,
S. Joseph,
Omnes SS. Patriarchae et Prophetae,
Sancte Petre,

Ora (orate) pro nobis.

Digitized by Google

Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andrea,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thadæe,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,
Omnes SS. Apostoli et Evangelistae,
Omnes Sancti Discipuli Domini,
Omnes SS. Innocentes,
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancti Fabiane, et Sebastiane,
Sancti Joannes, et Paule,
Sancti Cosma, et Damiane,
Sancti Gervasi, et Protasi,
Omnes SS. Martyres,
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,

Ora (orate) pro nobis.

Digitized by Google

Sancte Hieronyme, ora pro nobis.
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Omnes SS. Pontifices, et Confessores,
Omnes SS. Doctores,
Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce,
Omnes SS. Sacerdotes, et Levitae,
Omnes sancti Monachi, et Eremitae,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Caecilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anastasia,
Omnes sanctæ Virgines, et Viduæ,
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Ora (orate) pro nobis.

Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera nos Domine.
Ab ira tua, libera nos Domine.
A subitanea et improvisa morte, libera nos Domine.
Ab insidiis diaboli, libera nos Domine.

Digitized by Google

Ab ira, et odio, et omni mala voluntate, libera nos Domine.
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A morte perpetua,
Per Mysterium S. Incarnationis tuæ,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Baptismum, et S. Jejunium tuum,
Per Crucem et Passionem tuam,
Per Mortem et Sepulturam tuam,
Per sanctam Resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascensionem tuam,
Per Adventum Spiritûs S. Paracliti,
In die Judicii,
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris,
Ut domnum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos ordines in sancta Religione conservare digneris,
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
Ut Regibus et Principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris.

Libera nos Domine.

Te rogamus, audi nos.

Digitized by Google

Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, Te rogamus audi nos.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris,

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas,

Ut omnibus benefactoribus nostris semipterna bona retribuas,

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias.

Ut fructus terræ dare, et conservare digneris,

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,

Ut nos exaudire digneris,

Te rogamus, audi nos.

Fili Dei!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Digitized by Google

Pater noster, *secreto*,
℣. Et ne nos inducas, etc.

Psalmus 69.

1 Deus in adjutorium meum intende: * Domine ad adjuvandum me festina.

2. Confundantur, et revereantur, * qui quærunt animam meam.

3. Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui volunt mihi mala.

4. Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

5. Exultent, et lætentur in te omnes, qui quærunt te: * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

6. Ego vero egenus, et pauper sum: * Deus adjuva me.

7. Adjutor meus, et liberator meus es tu: * Domine ne moreris.

Gloria Patri, et Filio etc.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non opponat nocere nobis.

Digitized by Google

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice nostro N.

℟. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus

℣. Oremus pro benefactoribus nostris.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis. Domine auxilium de sancto.

℟ Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri sem-

Digitized by Google

per et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo, Pontifici nostro N., et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut, te donante, tibi placita cupiat, et totâ virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublatâ

Digitized by Google

formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Ure igne S. Spiritûs renes nostros, et cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio à te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris, simul et mortuorum omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

Digitized by Google

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

Oratio ad omnes Sanctos.

O Felices Sancti Dei omnes, qui jam transiistis hujus mortalitatis pelagus, et pervenire meruistis ad portum perpetuæ quietis, securitatis, pacis: securi et tranquilli, semperque festivi atque gaudentes estis: obsecro vos per vestram charitatem, qui securi estis de vobis, soliciti estote de nobis, securi estis de vestra immarcessibili gloria, soliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine jam satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima visione semper gaudetis. Amen.

Oratio ad S. Patronum, cujus quis nomen habet.

O Sancte N., qui in sacro Baptismatis fonte mihi in Patronum datus es, in te singularem auxilii spem col-

Digitized by Google

loco. Dirige, obsecro, pedes meos in viam virtutis, ut ad vitæ tuæ exemplar digne vocatione meâ ambulem. Doce, et guberna me in periculis tum animæ, tum corporis, potissimum vero in extremo mortis articulo succurre, et adjuva, ut tecum, et cum omnibus Sanctis partem aliquam æternæ gloriæ obtinere merear in cœlis. Per Dominum, etc.

FERIA SECUNDA.

Ad Sanctum Spiritum,

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate Fidei congregasti.

℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratiône docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

Hymus.

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple supernâ gratiâ,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amen.

Digitized by Google

Alius Hymnus.

Veni sancte Spiritus,
Et emitte cœlitus
Lucis tuæ radium.
Veni Pater pauperum,
Veni dator munerum,
Veni lumen cordium.
Consolator optime,
Dulcis hospes animæ,
Dulce refrigerium.
In labere requies,
In æstu temperies:
In fletu solatium.
O lux beatissima,
Reple cordis intima
Tuorum fidelium.
Sine tuo Numine
Nihil est in homine,
Nihil est innoxium.
Lava, quod est sordidum:
Riga, quod est aridum,
Sana, quod est saucium.
Flecte, quod est rigidum;
Fove, quod est frigidum:
Rege, quod est devium.
Da tuis fidelibus
In te confidentibus
Sacrum Septenarium.

Digitized by Google

Da virtutis meritum,
Da salutis exitum,
Da perenne gaudium. Amen.

℣. Spiritûs sancti gratia,
℟. Illuminet sensus et corda nostra.

OREMUS.

Adsit nobis, quaesumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti Spiritûs cogitationis cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Da, quaesumus, Ecclesiae tuae Misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritûs sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace,
℟. Amen.

Digitized by Google

Preces pro Defunctis.

SEQUENTIA EX MISSA DEFUNCTORUM.

Dies irae dies illa
Solvet saeclum in favilla,
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando Judex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit et natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.
Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus,
Quem patronum rogaturus,
Cum vix justus sit securus?
Rex tremendae Majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me fons Pietatis.
Recordate Jesu pie,
Quod sum causa tuae viae,
Ne me perdas illa die.

Digitized by Google

Quaerens me sedisti lassus,
Redemisti crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.
Juste Judex ultionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpâ rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meae non sunt dignae;
Sed tu bonus, fac benigne,
Ne perenni cremer igne.
Inter oves locum praesta,
Et ab hœdis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Quâ resurget ex favilla
Judicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.
Pie Jesu Domine,
Dona eis requiem, Amen.

Digitized by Google

Pro Patre vel Matre defuncta.

ORATIO.

Deus, qui nos Patrem et Matrem honorare praecipisti: miserere clementer animae Patris mei N. (*vel* Matris meae N.) meque eum (vel eam) in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

Pro utroque simul dicitur: Animabus Patris, et Matris meae, meque eos in aeternae, etc.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis, Benefactoribus.

ORATIO.

Deus, veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsumus Clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex ex hoc sæculo transierunt, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Digitized by Google

Pro uno defuncto.

ORATIO.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus Misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui N., quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum, etc.

Pro una defuncta.

ORATIO.

Quæsumus Domine, pro tua Pietate miserere animæ famulæ tuæ N., et a contagiis moralitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum, etc.

Pro omnibus fidelibus defunctis.

ORATIO.

Fidelium Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis

Digitized by Google

supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

FERIA TERTIA.

Ad Jesum, Dominum nostrum et Salvatorem.

Humiliavit semetipsum Dominus Jesus, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi Nomen, quod est super omne nomen, ut in Nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum.

℣. Omnis terra adoret te, et psallat tibi.

℟. Psalmum dicat Nomini tuo, Domine Jesu.

OREMUS.

Deus, qui gloriosissimum Nomen Domini nostri Jesu Christi unigeniti Filii tui fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile, et malignis spi-

Digitized by Google

ritibus tremendum atque terribile: concede propitius, ut omnes, qui hoc Nomen Jesu devote venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, et in futuro gaudium, exultationis, et interminabilis jubilationis obtineant in cœlis. Per eumdem Dominum nostrum, etc.

Litaniae de S. Nomine Jesu.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Jesu Fili Dei vivi, miserere nobis.
Jesu potentissime,
Jesu fortissime,
Jesu perfectissime,
Jesu gloriosissime,
Jesu mirifice,
Jesu jucundissime,
Jesu charissime,
Jesu clarior Sole,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu pulchrior Lunâ,
Jesu splendidior stellis,
Jesu admirabilis,
Jesu delectabilis,
Jesu honorabilis,
Jesu humillime,
Jesu pauperrime,
Jesu mitissime,
Jesu patientissime,
Jesu obedientissime,
Jesu castissime,
Jesu Amator castitatis,
Jesu Amator pacis,
Jesu Amor noster,
Jesu Speculum vitæ,
Jesu Exemplar virtutum,
Jesu Decus morum,
Jesu Zelator animarum,
Jesu Refugium nostrum,
Jesu Pater pauperum.
Jesu Consolatio afflictorum,
Jesu Thesaurus fidelium,
Jesu Gemma pretiosa,
Jesu Armarium perfectionis,
Jesu bone Pastor ovium,
Jesu Stella maris,
Jesu Lux vera,
Jesu Sapientia æterna,
Jesu Bonitas infinita,
Jesu Gaudium Angelorum,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu Rex Patriarcharum,
Jesu Inspirator Prophetarum,
Jesu Magister Apostolorum,
Jesu Doctor Evangelistarum,
Jesu Fortitudo Martyrum,
Jesu Lumen Confessorum,
Jesu Sponse Virginum,
Jesu Corona Sanctorum omnium,
Propitius esto, parce nobis Jesu.
Propitius esto, exaudi nos Jesu.
Ab omni malo, libera nos Jesu.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab insidiis diaboli,
A peste, fame et bello,
A trangressione mandatorum tuorum,
Ab incursu omnium malorum,
Per Incarnationem tuam,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Circumcisionem tuam,
Per Dolores tuos,
Per Flagella tua,
Per Mortem tuam,
Per Resurrectionem tuam,
Per Ascensionem tuam,
Per Gaudia tua,
Per Gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem, Matrem tuam,

Miserere nobis.

Libera nos Jesu.

Digitized by Google

Per intercessionem omnium Sanctorum tuorum, libera nos Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis Jesu.
Jesu Christe audi nos.
Jesu Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, *secreto*.
℣. Et ne nos, etc.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORemus.

Deus qui glorissimum nomen Domini nostri Jesu Christi, etc. *vide pag.* 53.

Hymnus.

Jesu dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia,
Sed super mel et omnia,
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur suavius,
Nil auditur jucundius,

Digitized by Google

Nil cogitatur dulcius,
Quam Jesus Dei Filius.
Jesu, spes pœnitentibus!
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus?
Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit *Jesum* diligere.
Sis, *Jesu*, nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula. Amen.

℣. Sit nomen Domini benedictum, alleluia.

℟. Ex hoc nunc, et usque in sæculum, alleluia.

ORATIO.

Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et *Jesum* vocari jussisti, concede propitius, ut, cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cœlis. Per eumdem Dominum nostrum.

Digitized by Google

FERIA QUARTA.

Ad Sanctos Angelos custodes.

Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Amen.

Hymnus.

Custodes hominum psallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cœlestes comites, insidiantibus,
Ne succumberet hostibus.
Nam quod corruerit proditor Angelus,
Concessis merito pulsus honoribus,
Ardens invidiâ, pellere nititur,
Quos cœlo Deus advocat.
Huc Custos igitur pervigil advola,
Avertens patria de tibi credita
Tam morbos animi, quam requiescere
Quidquid non sinit incolas.
Sanctæ sit Triadi laus pia jugiter,
Cujus perpetuo numine machina
Triplex hæc regitur, cujus in omnia
Regnat gloria sæcula. Amen.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor Nomini tuo.

Digitized by Google

OREMUS.

Deus, qui ineffabili Providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi, et æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum, etc.

Ad S. Angelum Tutelarem.

O Fidelissime Comes, a Deo tutelæ meæ assignate! Protector et Defensor meus, numquam recedens a latere meo, quas tibi gratias referam pro fide, amore, innumerisque in me collatis beneficiis? Tu dormienti advigilas, mœstum solaris, dejectum erigis, imminentia pericula avertis, futura doces cavere, a peccatis abstrahis, ad bonum impellis, lapsum ad pœnitentiam hortaris, Deoque concilias. Jam dudum fortassis in infernum detrusus fuissem, nisi tuis precibus divinam a me iram avertisses. Ne precor, me umquam deseras: in adversis solare, in prosperis contine, in periculis tuere, in tentationibus adjuva, ne iis umquam succumbam. Preces et gemitus meos omniaque pia opera divino conspectui offer, atque effice, ut in gratia ex hac perveniam ad vitam æternam. Amen.

Digitized by Google

FERIA QUINTA.

Ad sanctissimum Sacramentum.

HYMNUS.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatûs
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Observatâ lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem efficit:
Fitque Sanguis Christi merum,
Etsi sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit.

Digitized by Google

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet Fides supplementum,
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque,
Compar sit laudatio. Amen.

Antiph. O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria Passionis ejus; mens impletur gratia, et futuræ gloriae nobis pignus datur. Alleluia.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis. Alleluia.

℟. Omne delectamentum in se habentem. Alleluia.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra Mysteria venerari, ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas, etc.

Digitized by Google

Litaniae de Venerabili Sacramento.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exandi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Panis vivus, qui de cœlo descendisti, miserere nobis.
Deus absconditus, et Salvator,
Frumentum electorum,
Vinum germinans virgines,
Panis pinguis, et diliciae Regum,
Juge Sacrificium,
Oblatio munda,
Agnus absque macula,
Mensa purissima,
Angelorum esca,
Manna absconditum,
Memoria mirabilium Dei,
Panis supersubstantialis,
Verbum Caro factum,
Habitans in nobis,
Hostia sancta,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Calix benedictionis, miserere nobis.
Mysterium Fidei,
Praecelsum et venerabile Sacramentum,
Sacrificium omnium sanctissimum,
Vere propitiatorium pro vivis et defunctis,
Cœleste antidotum, quo a peccatis praeservamur,
Stupendum supra omnia miraculum,
Sacratissima Dominicae Passionis commemoratio,
Donum transcendens omnem plenitudinem,
Memoriale praecipium divini Amoris,
Divinae affluentia largitatis,
Sacrosanctum et augustissimum Mysterium,
Pharmacum immortalitatis,
Tremendum ac vivificum Sacramentum,
Panis, omnipotentiâ Verbi, caro factus,
Incruentum Sacrificium,
Cibus et Conviva,
Dulcissimum convivium, cui assistunt Angeli ministrantes,
Sacramentum Pietatis,
Vinculum Charitatis,
Offerens et Oblatio,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Spiritualis dulcedo in proprio fonte degustata, miserere nobis.
Refectio animarum sanctarum, miserere nobis.
Viaticum in Domino morientium, miserere nobis.
Pignus futurae gloriae, miserere nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab indigna Corporis et Sanguinis tui susceptione, libera nos Domine.
A concupiscentia carnis,
A concupiscentia oculorum,
A superbia vitae,
Ab omni peccandi occasione,
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis manducare desiderasti,
Per summam humilitatem, quâ discipulorum pedes lavasti,
Per ardentissimam Charitatem, quâ hoc divinum Sacramentum instituisti,
Per Sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in Altari reliquisti,
Per quinque Vulnera hujus tui Corporis sacratissimi, quae pro nobis suscepisti,
Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut nobis Fidem, reverentiam, et devo-

Libera nos Domine.

Digitized by Google

tionem hujus admirabilis Sacramenti augere et conservare digneris. Te rogamus, audi nes.

Ut ad frequentem usum Eucharistiae, per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris,

Ut nos ab omni haeresi, perfidia, ac cordis caecitate liberare digneris,

Ut sanctissimi hujus Sacramenti pretiosos et cœlestes fructus nobis impertiri digneris,

Ut in hora mortis nostrae hoc cœlesti Viatico nos confortare et munire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qni tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, etc.

℣. Et ne nos etc. *secreto*.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Digitized by Google

OREMUS.

Deus qui nobis, etc. *vide pag.* 62.

Prosa S. Thomae Aquin.

Lauda, Sion, Salvatorem; Lauda Ducem et Pastorem, In hymnis et canticis.

Quantum potes, tantum aude; Quia major omni laude; Nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, Panis vivus et vitalis Hodie proponitur.

Quem in sacrae mensa Cœnae, Turbae fratrum duodenae. Datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, Sit jucunda, sit decora Mentis jubilatio.

Dies enim solemnis agitur, In qua mensae prima recolitur Hujus institutio.

In hâc mensâ novi Regis, Novum pascha novae legis Phase vetus terminat.

Vetustatem novitas, Umbram fugat veritas, Noctem lux eliminat.

Quod in cœna Christus gessit, Faciendum hoc expressit, In suî memoriam.

Docti sacris institutis, Panem, vinum, in salutis Consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, Quod in Carnem transit panis, Et vinum in Sanguinem.

Digitized by Google

Quod non capis, quod non vides, Animosa firmat Fides, Praeter rerum ordinem.

Sub diversis speciebus, Signis tantum et non rebus, Latent res eximae.

Caro cibus, Sanguis potus: Manet tamen Christus totus Sub utrâque specie.

A sumente non concisus, Non contractus, non divisus, Integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille; Quantum isti, tantum ille; Nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali, Sorte tamen inaequali, Vitae vel interitûs.

Mors est malis, vita bonis: Vide paris sumptionis, Quam sit dispar exitus.

Fracto demûm sacramento, Ne vacilles, sed memento, Tantum esse sub fragmento, Quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura; Signi tantum fit fractura, Quâ nec status, nec statura Signati minuitur.

Ecce Panis Angelorum, Factus cibus viatorum, Vere Panis filiorum, Non mittendus canibus.

In figuris praesignatur, Cum Isaac immolatur, Agnus paschae deputatur, Datur manna Patribus.

Bone Pastor, Panis vere, Jesu nostri, miserere; Tu nos pasce, nos tuere; Tu

Digitized by Google

nos bona fac videre In terrâ viventium.

Tu, qui cuncta scis et vales, Qui nos pascis hic mortales; Tuos ibi commensales, Cohaeredes et sodales Fac sanctorum civium. Amen. Alleluia.

Oratio Sancti Thomae Aquinatis.

Adoro te devote, latens Deitas,
Quae sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit.
Quia te contemplans totum deficit;
Visus, gustus, tactus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In Cruce latebat sola Deitas,
Sed hic latet simul et Humanitas.
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto, quod petivit Latro pœnitens.
Plagas sicut Thomas non intueor:
Deum tamen meum te confiteor,
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te deligere.
O memoriale Mortis Domini,
Panis vivus vitam praestans homini,
Praesta meae menti de te vivere,
Teque illi semper dulce sapere.
Pie Pelicane Jesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine,

Digitized by Google

Cujus una stilla salvum facere,
Totum mundum potest omni scelere.
Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Quando fiet illud, quod jam sitio,
Ut te revelatâ cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ?

Adoratio Christi in Eucharistiae.

O Domine Jesu Christe, verus Deus et homo! Ego te hic vere præsentem agnosco; supplex adoro, de vivæ Carnis tuæ, et Sanguinis, Corporisque et Animæ veritate nihil omnino dubitans. Utinam vero eo te modo contemplari, et cognoscere, diligere, laudare, et glorificare queam, quo tot sanctorum Angelorum millia, summo cum gaudio, te contemplantur, cognoscunt, diligunt et glorificant in cœlis! Quantum enim tibi debeo, quod amore mei e cœlo descenderis, teque in ara Crucis pro me obtuleris, et in immortale monumentum Amoris tui te mihi in Sacramento reliqueris? Væ mihi, si Amorem hunc amore non compensem!

Actus Fidei, Spei, Charitatis, et Resignationis coram Venerabili.

O Sapientia infinita! ô æterna Veritas! ô Bonitas immensa! quae nec fallî,

Digitized by Google

nec fallere potes! Credo in te, et credo tibi in omnibus, quæ revelasti, perque Ecclesiam mihi credenda proponis; imprimis vero credo, te in sanctissimo hoc Sacramento esse præsentem, prout apertis verbis asseruisti, quibus plus tribuo, quam ingenio meo, omnibusque sensibus. Et pro hac Fide per tuam gratiam mori sum paratus.

Spero in te, ô Bonitas infinita, teque per inexhaustam Misericordiam tuam, et pretiosissima Merita, veniam, gratiam, et gloriam mihi promissam, daturum confido.

Amo, et amabo te, et omnia, quæ tu amas, propter te, ô Fons infinite omnis boni! quia tu omni amore dignus es.

Gaudeo de infinita perfectione, beatitudine et amabilitate tua, et de omni obsequio, laude, honore, et gloria tibi ab electis tuis, et creaturis omnibus umquam reddita, et in æternum reddenda.

Te, tuumque in omnibus beneplacitum amplector, omnique possibili reverentiæ, fiduciæ, amoris, et pietatis affectu veneror, et exosculor.

Quidquid in me est affectûs erga creaturas, in te solum transfero. Quid-

Digitized by Google

quid egero in omnem æternitatem, aut passus fuero, cedat ad tuam gloriam.

Totus sum tuus: fac de me quidquid vis, nunc, et in æternum. Amen.

Laus Sanctissimi Sacramenti.

Laudetur sanctissimum Sacramentum tot laudibus, quot in cœlo stellæ, in igne scintillæ, in aëre atomi, in mari guttæ, in terra pulveres: quot in Vere flores, æstate grana, autumno folia, hyeme nives et grandines; quot corporeæ in universo sunt creaturæ; quia dignus es, Domine universorum, qui sub corporeis vini, panisque speciebus lates. Vere tu es Deus absconditus.

Laudetur sanctissimum Sacramentum tot laudibus, quot ullo opere exhiberi, quot ore proferri, quot corde omnium hominum excogitari umquam potuêre, vel possunt: quia dignus es tu Domine Pater noster, qui nos cibas, et potas quotidie, cujus redempti sumus pretioso Sanguine, quasi Agni immaculati.

Laudetur sanctissimum Sacramentum tot laudibus, quot omnes Angeli, ipsaque sanctissima Trinitas suâ Potentiâ depromere, suâ Sapientiâ concipere, suâ Bonitate optare potest: quia dignus

Digitized by Google

es Domine Deus meus, qui mihi donas, non tantum Humanitatem, verum etiam Divinitatem tuam. Dominus meus et Deus meus, vere laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

PETITIO.

Benignissime Jesu, a quo manant in nos omnia bona, a quo omnia a nobis mala arcentur! averte a me omnem vanitatem, mentis elationem, carnis libidinem, oris licentiam, contemptum inopum, avaritiæ ardorem, et quidquid demum divinæ Majestati tuæ displicet, ut tibi Deo meo in veritate serviam, et in corde perfecto laudem te, et glorificem in sæcula. Amen.

Commendatio sui.

Commendo me tibi, ô bone Jesu! intra mellifluum Cor tuum absconde me, nec permitte me in æternum separari a te. Sis mihi in vita solatium, in morte viaticum, in aeternitate præmium. Id rogo te pro me, et omnibus amicis meis, per Lacrymas, Sudorem, et Sanguinem tuum. Amen.

Petitio Benedictionis.

Benedic mihi, Domine Jesu, cum

Digitized by Google

Patre, et Sancto Spiritu, uberemque largire gratiam amplectendi semper, et in omnibus, nunc et in horâ mortis, tuam sanctissimam Voluntatem. Amen.

FERIA SEXTA.

Ad Jesum Crucifixum.

AFFECTUS AMANTIS ANIMÆ IN DEUM HOMINEM PRO NOBIS CRUCIFIXUM,

S. P. Francisci Xaverii.

O Deus! ego amo Te.
Nec amo Te, ut salves me:
Aut, quia non amantes Te
Æterno punis igne.
Tu, Tu, mi Jesu, totum me
Amplexus es in cruce.
Tulisti clavos, lanceam,
Multamque ignominiam,
Innumeros dolores,
Sudores, et angores,
Ac Mortem. — Et hæc propter me,
Ac pro me peccatore. —
Cur igitur non amem Te,
O Jesu amantissime!
Non, ut in cœlo salves me,
Aut, ne æternum damnes me,
Nec præmii ullius spe,

Digitized by Google

Sed, sicut Tu amasti me,
Sic amo, et amabo Te,
Solum, quia Rex meus es:
Et solum, quia Deus es. *Amen.*

Litaniae vitae et passionis Jesu Christi.

Ant. Humiliavit semetipsum Dominus Jesus, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit, illi nomen, quod est super omne nomen, ut in Nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Jesu Sapientia æterna, miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu de Virgine Maria nate, miserere nobis.
Jesu a tua Genitrice adorate,
Jesu pannis involute.
Jesu in præsepio reclinate,
Jesu ubere virgineo lactate,
Jesu a pastoribus in præsepio cognite,
Jesu per circumcisionem sub lege facte,
Jesu a Magis adorate,
Jesu in templo præsentate,
Jesu in Ægyptum delate,
Jesu ab Herode ad necem quaesite,
Jesu in Nazareth nutrite,
Jesu in templo invente,
Jesu parentibus subdite,
Jesu a Joanne baptizate,
Jesu in deserto tentate,
Jesu cum hominibus conversate,
Jesu gratis odio habite,
Jesu contumeliis vexate,
Jesu in monte coram patribus transfigurate,
Jesu Rex mitis Jerusalem ingresse,
Jesu præ compassione lacrymate,
Jesu triginta argenteis vendite,
Jesu ad discipulorum pedes inclinate,
Jesu in oratione prostrate,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu ab Angelo confortate, miserere nobis.
Jesu in agonia sanguineo sudore perfuse,
Jesu osculo a Juda tradite,
Jesu a ministris ligate,
Jesu a discipulis derelicte,
Jesu Annæ et Caiphæ præsentate,
Jesu alapâ a ministro percusse,
Jesu a falsis testibus accusate,
Jesu reus mortis judicate,
Jesu in faciem conspute,
Jesu oculis velate,
Jesu colaphis cæse,
Jesu a Petro ter negate,
Jesu vinctus Pilato tradite,
Jesu ab Herode sprete et illuse,
Jesu veste albâ indute,
Jesu Barrabæ postposite,
Jesu flagellis cæse,
Jesu propter scelera nostra attrite,
Jesu quasi leprosus reputate,
Jesu veste purpurea indute,
Jesu spinis coronate,
Jesu arundine percusse,
Jesu a judæis ad crucem postulate,
Jesu morte turpissima condemnate,
Jesu voluntati judæorum tradite,
Jesu Crucis pondere gravate,
Jesu tamquam ovis ad occisionem ducte,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu vestibus exute, miserere nobis.
Jesu clavis in Cruce confixe,
Jesu propter iniquitates nostras vulnerate,
Jesu pro inimicis Patrem deprecate,
Jesu cum iniquis reputate,
Jesu in Cruce blasphemate et illuse;
Jesu a latrone conviciis lacessite,
Jesu latroni pœnitenti paradisum pollicite,
Jesu, qui *Joannem* Matri tuae in filium commendasti,
Jesu te a Patre derelictum attestate,
Jesu felle et aceto in siti potate,
Jesu consummata omnia de te scripta testate,
Jesu spiritum in manus Patris commendans,
Jesu usque ad mortem Crucis obediens facte,
Jesu lanceâ transfixe,
Jesu propitiatio nobis facte,
Jesu de Cruce deposite,
Jesu gloriose a mortuis resurgens,
Jesu in cœlum elevate,
Jesu noster apud Patrem Advocate,
Jesu Spiritum Paraclitum discipulis elargite,
Jesu Matrem super choros Angelorum exaltans,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu vivos et mortuos judicature, miserere nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato,
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,
A peste, fame, et bello,
A cunctis mentis et corporis periculis,
A morte perpetua,
Per mundissimam Conceptionem tuam
Per miraculosam Nativitatem tuam,
Per humilem Circumcisionem tuam,
Per Baptismum, et sanctum Jejunium tuum,
Per Labores, et Vigilias tuas,
Per dolorosam Flagellationem et Coronationem tuam,
Per Sitim, Lacrymas et Nuditatem tuam,
Per pretiosam Mortem et Crucem tuam,
Per gloriosam Resurrectionem et Ascensionem tuam,
Per missionem Spiritûs Sancti Paracliti,
In die Judicii,
Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas, Te rogamus, audi nos.

Libera nos Domine.

Digitized by Google

Ut nobis indulgeas, Te rogamus, audi nos.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut gratiam Sancti Spiritûs cordibus nostris clementer infundere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam defendere et propagare digneris,
Ut Societates in tuo sancto Nomine congregatas conservare et amplificare digneris,
Ut nobis veram pacem, humilitatem, et charitatem largire digneris,
Ut in gratia et sancto servitio tuo perseverentiam nobis dare digneris,
Ut nos ab immundis cogitationibus, et daemonum tentationibus et damnatione perpetua liberare digneris,
Ut nos collegio Sanctorum tuorum sociare digneris,
Ut nos exaudire digneris,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.

Te rogamus audi nos.

Digitized by Google

Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, etc.

℣ Adoramus te Christe, et benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

℣. Reminiscere miserationum tuarum Domine.

℟. Et misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt.

℣. Vide humilitatem meam et laborem meum.

℟. Et dimitte universa delicta mea.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, cujus Misericordiae non est numerus, et Bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper Clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non desereus, ad praemia futura disponas. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.

℣, Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

Digitized by Google

Planctus B. Mariae Virginis.

Stabat Mater dolorosa
Juxta Crucem lacrymosa,
Dum pendebat Filius:
Cujus animam gementem
Contristatam et dolentem
Pertransivit gladius.
O quam tristis et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!
Quae mœrebat et dolebat,
Et tremebat, cum videbat,
Nati pœnas inclyti.
Quis est homo, qui non fleret
Christi Matrem si videret
In tanto supplicio?
Quis posset non contristari,
Piam Matrem contemplari,
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suae gentis
Vidit Jesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem Natum
Morientem desolatum,
Dum emisit Spiritum.
Eja Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris,
Fac, ut tecum lugeam.

Digitized by Google

Fac, ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam.
Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide;
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.
Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Juxta Crucem tecum stare
Te libenter sociare
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi jam non sis amara,
Fac, me tecum plangere.
Fac, ut portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari
Cruce hâc inebriari,
Ob amorem Filii.
Inflammatus, et accensus,
Per te Virgo sim defensus
In die Judicii.
Fac me Cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoveri gratiâ,

Digitized by Google

Quando corpus morietur,
Fac, ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

OREMUS.

Interveniat pro nobis, quæsumus Domine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostræ apud tuam Clementiam beata Virgo Maria, Mater tua, cujus sanctissimam animam in hora tuæ Passionis doloris gladius pertransivit. Per te Jesu Christe Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sæculorum. Amen.

DIE SABBATI.

Ad Beatissimam Virginem.

HYMNUS.

Ad Beatiss. V. Mariam mire devotus, quem S. Casimirus Princeps, Casimiri Regis filius, qui Vilnæ in Lithuania obiit anno Domini 1489. 4 *Martii, quo die illius Festum celebratur (siquidem inter sanctos a Leone X, relatus est) et composuit ipse, et reci-*

Digitized by Google

tare solitus fuit, ut ex ipso ejus initio apparet, et tantá devotione coluit, ut etiam sepeliri secum voluerit, prout anno 1604, *quando Sancti illius sepul. chrum renovatum fuit, supra pectus ipsius repertus fuit.*

Omni die dic Mariæ
Mea laudes anima:
Ejus festa, ejus gesta
Cole devotissima.
Contemplare et mirare
Ejus celsitudinem:
Dic felicem Genitricem,
Dic beatam Virginem.
Ipsam cole, ut de mole
Criminum te liberet:
Hanc appella, ne procella
Vitiorum superet.
Hæc persona nobis dona
Contulit cœlestia;
Hæc Regina nos divinâ
Illustravit gratiâ.
Lingua mea dic trophæa
Virginis puerperæ,
Quæ inflictum maledictum
Miro transfert germine.
Sine fine dic Reginæ
Mundi laudum cantica;
Hujus bona semper sona,
Semper illa prædica.

Digitized by Google

Omnes mei sensus ei
Personate gloriam:
Frequentate tam beatæ
Virginis Memoriam.
Nullus certe tam disertæ
Extat Eloquentiæ,
Qui condignos promat Hymnos
Ejus excellentiæ.
Omnes laudent, unde gaudent,
Matrem Dei Virginem:
Nullus fingat, quod attingat
Ejus celsitudinem.
Sed necesse, quod prodesse
Piis constat mentibus,
Ut intendam, quod impendam
Me ipsius laudibus.
Quamvis sciam, quod Mariam
Nemo digne prædicet,
Tamen vanus et insanus
Est, qui illam reticet.
Cujus vita erudita,
Disciplina cœlica:
Argumenta et figmenta
Destruxit hæretica.
Hujus mores tamquam flores
Exornant Ecclesiam;
Actiones et sermones
Miram præstant gratiam.
Evæ crimen nobis limen
Paradisi clauserat:

Digitized by Google

Hæc dum credit et obedit,
Cœli claustra reserat.
Propter Evam homo sævam
Accepit sententiam:
Per Mariam habet viam,
Quæ ducit ad patriam.
Hæc amanda et laudanda
Cunctis specialiter;
Venerari et precari
Eam decet jugiter.
Ipsam posco, quam agnosco
Posse prorsus omnia;
Ut evellat, et repellat
Quæ sunt nobis noxia.
Ipsa donet, ut quod monet
Natus ejus, faciam:
Et finita carnis vita,
Lætus hunc aspiciam.

Secunda pars.

O Cunctarum fœminarum
Decus atque gloria!
Quam electam et evectam
Scimus super omnia.
Clemens audi, tuæ laudi
Quos instantes aspicis:
Munda reos, et fac eos
Donis dignos cœlicis.
Virga Jesse, spes oppressæ
Mentis et refugium;

Digitized by Google

Decus mundi, lux profundi,
Domini Sacrarium.
Vitæ forma, morum norma,
Plenitudo gratiæ;
Dei templum, et exemplum
Totius justitiæ.
Virgo salve, per quam valvæ
Cœli patent miseris,
Quam non flexit, nec allexit
Fraus serpentis veteris.
Gloriosa et formosa
David Regis filia,
Quam elegit, Rex, qui regit,
Et creavit omnia.
Gemma decens, rosa recens,
Castitatis lilium:
Castum Chorum, ad Polorum
Quæ perducis gaudium.
Actionis et sermonis
Facultatem tribue,
Ut tuorum meritorum
Laudes promam strenue.
Opto nimis, ut imprimis
Des mihi memoriam,
Ut decenter et frequenter
Tuam cantem gloriam.
Quamvis muta et polluta
Mea sciam labia,
Præsumendum, nec silendum
Est de tua gloria.

Digitized by Google

Virgo gaude, omni laude
Digna et præconio;
Quæ damnatis libertatis
Facta es occasio.
Semper munda et fœcunda
Virgo tu puerpera,
Mater alma, velut palma
Florens et fructifera.
Cujus flore et odore
Recreari cupimus;
Ejus fructu nos a luctu
Liberari credimus.
Pulchra tota, sine nota
Cujuscumque maculæ.
Fac nos mundos et jucundos
Te laudare sedule.
ô Beata! per quam data
Nova mundo gaudia,
Et aperta fide certa
Regna sunt cœlestia.
Per te mundus lætabundus
Novo fulget lumine,
Antiquarum tenebrarum
Exutus caligine.
Nunc potentes sunt egentes,
Sicut olim dixeras,
Et egeni fiunt pleni,
Ut tu prophetaveras.
Per te morum nunc pravorum
Reliquuntur devia,

Digitized by Google

Doctrinarum perversarum
Pulsa sunt vestigia.
Mundi luxus, atque fluxus
Docuisti spernere;
Deum quæri, carnem teri,
Vitiis resistere:
Mentis cursum tendi sursum,
Pietatis studio:
Corpus angi, motus frangi,
Pro cœlesti præmio.
Tu portasti inter casti
Ventris claustra Dominum
Redemptorem, ad honorem
Nos reformans pristinum.
Mater facta, sed intacta
Genuisti Filium;
Regem regum, atque rerum
Creatorem omnium.
Benedicta, per quam victa
Hostis est versutia;
Destitutis spe salutis
Datur indulgentia.
Benedictus Rex invictus,
Cujus Mater crederis,
Increatus ex te natus,
Nostri salus generis.

Tertia pars.

Reparatrix, consolatrix
Desperantis animæ,

Digitized by Google

A pressura, quæ ventura
Malis est, nos redime.
Pro me pete, ut quiete
Sempiternâ perfruar,
Ne tormentis comburentis
Stagni miser obruar.
Quod requiro, quod suspiro,
Mea sana vulnera;
Et da menti te poscenti
Gratiarum munera,
Ut sim castus et modestus,
Dulcis, blandus, sobrius,
Pius, rectus, circumspectus,
Simultatis nescius;
Praeditus, et munitus
Divinis eloquiis;
Timoratus, et ornatus
Sacris exercitiis;
Constans, gravis, ac suavis,
Benignus, amabilis,
Simplex, purus, et maturus,
Patiens et humilis,
Corde prudens, ore studens
Veritatem dicere;
Malum nolens, Deum colens
Pio semper opere,
Esto tutrix et adjutrix
Christiani populi:
Pacem praesta, ne molesta
Nos pertubent saeculi.

Digitized by Google

Salutaris stella maris
Summis digna laudibus,
Quae praecellis cunctis stellis
Atque luminaribus.
Tuâ dulci prece fulci
Supplices, et refove:
Quidquid gravat vel depravat
Mentes nostras, remove.
Virgo gaude, quod de fraude
Daemonis nos liberas,
Dum in vera et sincera
Carne Deum generas,
Illibata et ditata
Cœlesti progenie;
Gravidata, nec privata
Flore pudicitiae:
Nam quod eras, perseveras,
Dum intacta generas;
Illum tractans atque lactans,
Per quem facta fueras.
Mihi mœsto nunc adesto,
Dans perenne gaudium:
Dona, quaeso, nimis laeso
Optatum remedium.
Commendare me dignare
Christo tuo Filio;
Ut non cadam, sed evadam
De mundi naufragio.
Fac me mitem, pelle litem,
Compesce lasciviam,

Digitized by Google

Contra crimen da munimen;
Et mentis constantiam.
Non me liget, nec fatiget
Saeculi cupiditas,
Quae obscurat et indurat
Mentes sibi subditas.
Nunquam ira, nunquam dira
Me vincat elatio,
Quae multorum fit malorum
Frequenter occasio.
Ora Deum, ut cor meum
Sua servet gratia,
Ne antiquus inimicus
Seminet zizania.
Da levamen, et juvamen
Tuum illis jugiter,
Tua festa, sive gesta
Qui colunt alacriter. *Amen.*

Oratio quâ B. Virgo in Patronam eligitur.

Sanctissima Virgo, Mater Dei Maria, ego N. licet undecumque, qui recipiar in numerum tuorum servorum, indignissimus, fretus tamen tuâ Pietate admirabili, et impulsus tibi serviendi desiderio, eligo te hodie coram catissimo sponso tuo Josepho, et Angelo meo Custode, universaque curia cœlesti in meam peculiarem Dominam, Patronam,

Digitized by Google

et Patrem; firmiterque propono, te imposterum sequi, tibi famulari, atque curare, ut ab aliis tibi quoque servitium exhibeatur. A te igitur, Mater clementissima, per sacratissimum, quem pro me Jesus Christus Filius tuus sanguinem fudit, peto suppliciter, ut me in numerum filiorum tuorum admittere digneris, et mihi a Deo gratiam impetres, ut in cunctis meis cogitationibus, verbis et operibus ita me habeam, ut nihil umquam in me, neque Dei, neque tuis displiceat oculis, sisque memor mei in horâ mortis meae. Amen.

Litaniae Lauretanae.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Saneta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo virginum, ora pro nobis.

Digitized by Google

Mater Christi, ora pro nobis.
Mater divinae gratiae,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo praedicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes Sapientiae,
Causa nostrae laetitiae,
Vas Spirituale,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Janua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,

Ora pro nobis.

Digitized by Google

Consolatrix afflictorum, ora pro nobis.
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Ave Maria, etc.

Sub tuum praesidium confugimus, sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa et benedicta, Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos, repraesenta.

v. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

Digitized by Google

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Gratiam tuam quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nunciante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum ℟. Amen.

O Domina mea, *vide pag.* 7.

Petitio Benedictionis.

Eja anima mea, prosterne te ad pedes Matris tuæ Mariæ, nec ante recede, quam illa tibi benedixerit. O benedicta, a Deo, et omnibus benedictionibus cumulata! benedic pro tua clementia et pietate, afflictæ animæ meæ, uberemque gratiam mihi a dilectissimo Filio tuo impetra, ita ipsi tibique hic in terra serviendi, ut æternæ gloriæ particeps efficiar. Amen.

AD SANCTUM JOSEPHUM.

Oratio, qua S. Joseph in Patronum eligitur.

O S. Joseph! Redemptoris mei Christi

Digitized by Google

Jesu fidelis Oeconome ac Nutritie, castissime Virginis Deiparæ Sponse, Ego NN. te hodie in Patronum et Advocatum meum singularem eligo, firmiterque propono, me numquam te derelicturum, nec permissurum, ut a quoquam ex meis subditis aliquid contra tuum honorem agatur. A te igitur peto supplici-ter, ut me in clientem perpetuum susci-pere, in rebus dubiis instruere, in adversis solari, in hora denique mortis defendere ac protegere digneris. Amen.

Hymnus.

Te, Joseph, celebrent agmina cœlitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytae,
Casto fœdere, Virgini.
Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.
Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas:
Amissum Solymis quaeris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.
Post mortem reliquos mors pia con-
secrat.
Palmamque emeritos gloria suscipit;

Digitized by Google

Tu vivens, superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.
Nobis, summa Trias, parce precan-
(tibus;
Da Joseph meritis sidera scandere,
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum, Amen.

℣. Gloria et divitiæ in domo ejus.

℟. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

ORATIO.

Sanctissimae Genitricis tuae Sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur: ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis et regnas, etc.

Oratio pro felici morte impetranda.

O S. Joseph! qui in suavissimo Jesu, Clientis tui, et dulcissimæ Sponsæ tuæ Mariæ complexu ex hac vita emigrasti: succurre mihi, o S. Pater! cum Jesu et Maria, tunc potissimum, quando mors vitæ meæ finem imponet: illudque (quod unice peto) solatium mihi impetra, ut in iisdem sanctissimis Jesu et Mariæ brachiis expirem. In manus vestras vivens et moriens commendo spiritum meum, Jesu, Maria, Joseph.

Digitized by Google

v. Ora pro nobis beatissime Joseph.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Sanctissimæ Genitricis, etc. *vide pag.* 99.
v. Domine exaudi, orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
R. Benedicamus etc.
v. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

Hymnus de S. Josepho.

Magne Joseph, Fili David,
Custos date Virgini,
Quem et Virgo nuncupavit
Patrem Christi Domini,
Qui fidelis servus Dei
Datus es familiæ,
Precor, velis curam mei,
Tanquam Pater gerere.
Cum ferentem castam Matrem
Conspexisses uterum,
Et nescires tamen patrem,
Cor gerebas anxium;
Sed de cœlo mox instructus,
Posuisti dubium.

Digitized by Google

Fac, ut omnis meus luctus
Transeat in gaudium.
Dum in Bethlem profecturus,
Pergeres cum Virgine,
Deus nobis par futurus,
Natus est in tempore,
Quem in fœno collocatum,
Coluisti gnaviter,
Nunc in Cœlo elevatum,
Ora pro me jugiter.
Vim Herodis evasisti
Monitus ab Angelo,
In Ægyptum cum duxisti
Virginem cum parvulo,
Per mœrorem, quem tulisti
Isto in exilio,
Cum gravabor horâ tristi,
Mihi sis auxilio.
Ex Ægypto cum defessus
Galilæam peteres.
Es in Nazareth digressus,
Ut securus degeres.
In florentis hortum mentis
Amas Jesum ducere:
Da, florescat et mitescat,
Hortus meæ animæ.
Quam dolebas, cum quærebas
Duodennem Jesulum!
Sed inventus, et retentus,
Auxit ille gaudium.

Digitized by Google

Jesum, lumen oculorum,
Fac me numquam perdere:
Semper puritate morum
Menti adsit integræ.
Inter Jesu et Mariæ
Manus integerrimas,
Spiritum emittis pie
Hinc ad sedes superas.
Eja Jesu, et Mariæ
Te conjunge tertium,
Quando me supremâ die
Mors citabit anxium.

PRECES

IN

PRIVATIS ET PUBLICIS

NECESSITATIBUS.

THRENUS S. AUGUSTINI.

Tam pro privatis, quam pro publicis necessitatibus.

Ante oculos tuos Domine, culpas nostras ferimus, et plagas, quas accepimus, conferimus.

Digitized by Google

Si pensamus malum, quod fecimus, minus est, quod patimur, majus est, quod meremur.

Gravius est, quod commisimus; levius, quod toleramus.

Peccati pœnam sentimus, et peccandi pertinaciam non vitamus.

In flagellis tuis infirmitas nostra teritur, et iniquitas non mutatur.

Mens ægra torquetur, et cervix non flectitur.

Vita in dolore suspirat, et in opere non se emendat.

Si expectas, non corrigimur, si vindicas, non duramus.

Confitemur in correctione, quod egimus, obliviscimur post visitationem, quod flevimus.

Si extenderis manum, facienda promittimus: si suspenderis gladium, promissa non solvimus.

Si ferias, clamamus, ut parcas: si peperceris, iterum provocamus, ut ferias.

Habes Domine confitentes reos: novimus, quod nisi dimittas, recte nos perimas.

Præsta Pater omnipotens, sine merito, quod rogamus, qui fecisti ex nihilo, qui te rogarent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

v. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ confessionis petra solidasti, et tot millium Martyrum intercessione tibi obligasti. Per Dominum nostrum, etc.

Oratio in quavis afflictione.

Ant. Non accedet ad te malum et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Psalm. 90. *Deo in adversis fidendum.*

1. Qui habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei cœli commorabitur.
2. Dicet Domino, Susceptor meus es tu, et refugium meum; * Deus meus sperabo in eum.
3. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, * et a verbo aspero.
4. Scapulis suis obumbrabit tibi: * et sub pennis ejus sperabis.
5. Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis a timore nocturno.
6. A fagitta volante in die, a negotio

Digitized by Google

perambulante in tenebris, * ab incursu et dæmonio meridiano.

7. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dexteris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

8. Verumtamen oculis tuis considerabis;* et retributionem peccatorum videbis.

9. Quoniam tu es Domine spes mea, * Altissimum posuisti refugium tuum.

10. Non accedet ad te malum, * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

11. Quoniam Angelis suis mandavit de te, * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

12. In manibus portabunt te, * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

13. Super aspidem et basiliscum ambulabis, * et conculcabis leonem et draconem.

14. Quoniam in me speravit, liberabo eum, * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

15. Clamabit ad me, et ego exaudiam eum; * cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.

16. Longitudine dierum replebo eum, * et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Digitized by Google

Kyrie eleison.
Christe eleison,
Kyrie eleison.
Pater noster, etc.
v. Angelis suis Deus mandavit de te.
R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.
v. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Preces contra fulmina, tonitrua, ventos, imbres, aliasque adversas tempestates.

Ant. Non accedet ad te malum, etc. *cum Psalm.* 90. Qui habitat in adjutorio, etc. *vide pag.* 104.

OREMUS.

A domo tua, quæsumus, Domine, spiritales nequitæ repellantur et aëreæ

Digitized by Google

rum discedat malignitas tempestatum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, etc.

Contra easdem tempestates.

Ant. Jesus Nazarenus, etc.

Psalm. 6. *Est pia Pœnitentis precatio.*

1. Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

2. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

3. Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequo?

4. Convertere Domine, et eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

5. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

6. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulos noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

7. Turbatus est a furore oculos meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

8. Discedite a me omnes, qui ope-

Digitized by Google

ramini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

9. Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

10. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur et erubescant valde velociter. Gloria Patri. etc.

Ant. Jesus Nazarenus, Rex Judæorum, titulus triumphalis nos defendat et protegat. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit Leo de tribu Juda, Radix David. Alleluia.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, etc.

v. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et super exaltemus eum in sæcula.

OREMUS.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, ut, qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente, clementiam sentiamus. Per

Digitized by Google

Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, etc.

Tempore famis.

ORATIO.

Da nobis, quaesumus Domine, piae supplicationis effectum, et famem propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, et te indignante, talia flagella prodire, et te miserante, cessare. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, etc.

Ad petendam pluviam.

ORATIO.

Deus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut praesentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, etc.

Ad petendum serenitatem.

ORATIO.

Ad te nos Domine, clamantes, etc. *vide pag.* 108.

Digitized by Google

Oratio pro quacumque necessitate.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis, et praesta, ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

ORATIO IN IMMODICA TRISTITIA.

Tristatur aliquis vestrum! oret.
Jac. 5. 13.

Succurre benignissime Jesu! cor meum conturbatum est intra me; derelequit me virtus mea, totâ die contristatus ingredior: quia longe factus est a me consolator. Tecum, ô Jesu! cogor exclamare: tristis est anima mea usque au mortem. Vae mihi, quia peccavi! propterea moestum factum est cor meum. Peccavi, fateor, impie egi, inique gessi Domine Deus meus, in omnibus justitiis tuis: avertatur, obsecro, ira tua a me: vide humilitatem meam, et dimitte omnia peccata mea. Per omnes angores, et tristitias tuas, pie Jesu, quibus cor tuum in horto et in ara

Digitized by Google

Crucis coangustatum est, te supplex oro, ut mihi in hoc statu subvenire digneris, nec in aeternum me a te separari permittas. Mihi adhaerere tibi Deo meo bonum est; et ponere in te Domine spem meam. Amen.

Oratio dicenda in vehementibus corporis doloribus.

Angustiae et dolores tenuerunt me, Domine Jesu! multi sunt gemitus mei. Ne avertas aurem tuam a singultu meo, et clamoribus. Parce, ah! parce imbecillitati meae! Tu enim languores nostros ipse tulisti, et dolores nostros ipse portasti: Livore tuo sanati sumus. Sana animam et corpus meum; ne te umquam vehementiâ dolorum superatus, offendam.

Oratio Ecclesiae pro infirmo.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium: auxilii tui super infirmum famulum tuum N. ostende virtutem: ut ope misericordiae tuae adjutus, Ecclesiae tuae sanctae incolumis repraesentari mereatur. Per Dominum, etc.

Si pro reipso, vel pro uno, aut pluribus hanc orationem dicis, personas

Digitized by Google

genera, et tempora nuta. Idem in sequenti Oratione faciendum.

Oratio Ecclesiae pro infirmo, qui vicinus morti esse videtur.

Omnipotens et misericors Deus, qui humano generi, et salutis remedia, et vitae aeternae munera contulisti, respice propitius famulum tuum N. infirmitate corporis laborantem, et animam refove, quam creasti, ut in hora exitus illius, absque peccati macula tibi Creatori suo, per manus sanctorum Angerum repraesentari mereatur. Per Dominum, etc.

Oratio ad Spem excitandum contra desperationem. S. Aug. c. 13. Med.

Peccavi, Domine, peccatum grande, et multorum sum mihi conscius delictorum; sed nec sic despero: quoniam ubi abundaverunt delicta, superabundavit et gratia. Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat te Deum esse misericordem, Magnam injuriam tibi facit, qui de tua misericordia diffidit. Non possum terreri multitudine peccatorum, si mors tua, Domine Jesu, in mentem meam venerit. Clavi et Lancea clamant mihi, quod tibi recon-

Digitized by Google

eiliatus sum, si te amavero. Longinus aperuit mihi Latus tuum, et ego in travi, et ibi requiesco securus; nullum tam potens amoris erga te incitamentum est, quam Mors tua, mi Jesu, quâ me redemisti. Inclinas caput tuum in morte, ut osculum mihi, quamvis peccatori, des; extendis brachia tua in Cruce, et expandis manus tuas, paratus in amplexus meos; inter brachia tua et vivere volo, et mori cupio. Amen.

PRECES

SUB

S. MISSÆ SACRIFICIUM.

Templum ingrediens dic.

Domine, in multitudine misericordiae tuae introibo in Domum tuam, adorabo ad Templum sanctum tuum, et confitebor Nomini tuo.

Digitized by Google

Aufer a me, quaeso, misericordissime Deus, omnes iniquitates meas, ut ad Sancta Sanctorum contritâ et purâ mente valeam intŕoire, Salvator mundi, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

In Aspersione Aquae lustralis.

Asperges me Domine, hyssopo. et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

Lava me Domine Jesu Christe, pretiossimo Sanguine tuo, et irriga me unicâ illius guttulâ, quae sufficit ad salvandum me, et totum orbem.

Adoratio Venerabilis Sacramenti Eucharistiae.

Salve Lux mundi, Verbum Patris, Hostia vera, viva Caro, Deïtas integra, verus Homo. Ave principium nostrae creationis! Ave pretium nostrae redemptionis! Ave viaticum nostrae peregrinationis! Ave solatium nostrae expectationis! Ave salus nostrae Salvationis.

Ante imaginem Christi crucifixi.

Adoramus te, Domine Jesu Christe, et benedicimus tibi; quia per Crucem

Digitized by Google

tuam redemisti mundum. Per lignum servi facti sumus, et per sanctam Crucem liberati sumus. Fructus arboris seduxit nos; Filius Dei redemit nos.

Salvator mundi, salva nos: quia per Crucem et Sanguinem tuum ab aeterna morte nos liberasti. Auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

Ante Concionem.

Misericordiam tuam, Domine, suppliciter deprecamur, ut desiderium audiendi Verbum tuum, quod in nobis plantasti, et augère semper, et conservare digneris.

Da nobis intellectum capacem salutaris doctrinae tuae; Accende affectus nostros zelo sapientiae cœlestis, ut Fidem, quae ex auditu Evangelii nascitur, lingua et vita nostra fateantur.

Post Concionem.

Domine Jesu Christe, gratias tibi ago, quod me sacro elogii tui cibo refecisti; oro te, ut apud me sit efficax et salutaris verbi tui perceptio. Da mihi vires, ut vita et mores mei doctrinae auditae respondeant, et in finem usque in Fide orthodoxa perseverem. Amen.

Digitized by Google

PRÆPARATIO ANTE MISSAM.

Propone tibi in Sacerdote Christum vatientem; in ejus corona spineum Christi diadema, in capitis amictu velum faciei; in albâ vestem ab Herode injectam; in cingulo, manipulo, stolâ funes, catenas, vincula; in casula chlamydem purpuream; in cruce casulæ enorme crucis lignum.

Ad Confiteor, *repræsentatam habes culpam Adami: ad* Kyrie eleison *suspiria Prophetarum; ad* Gloria *seu* Dominus vobiscum *Christi Nativitatem; ad* Evangelium *prædicationem; ad* Offertorium *patiendi desiderium; ad* Sanctus *ingressum in Jerusalem; ad* Consecrationem sub duplici specie *separationem animæ Christi a corpore: ad* Memento *descensum ad inferos; ad* injectionem particulae Hostiae in Caliceem *Resurrectionem; ad* Communionem sacerdotis *fructum uberem Passionis; ad* Dominus vobiscum *Apparitiones varias; ad* ultimam Benedictionem *Ascensum in cœlos.*

Deinde conforma mentem tuam intentioni sacerdotis, et ita ora, ut preces tuæ singulis Missæ partibus respondeant: sic et tu particeps fies Cor-

Digitized by Google

poris et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi.

Oratio praeparatoria.

Clementissime Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui non semel tantum Filium tuum unigenitum in Cruce nostrae reparationi impendisti, sed ejús oblationem tibi acceptissimam, in Ecclesia tua quotidie renovari, ad ejus fructum in nobis renovandum, voluisti, tribue nobis, quaesumus, tam admirando huic, et tam salutari tuae pietatis mysterio sic attente, reverenter et amanter interesse, ut participationem quam efficacissime consequi valeamus. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

Ad B. Virginem Mariam.

O Maria, Mater pietatis et misericordiae, ego, miser et indignus peccator, ad te confugio toto corde et affectu, et precor tuam pietatem, ut sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstitisti, et simul cum illo sacrificium immaculatum Corporis et Sanguinis ejus in mundi redemptionem Deo Patri obtulisti, ita et nobis omnibus hic, et in tota Ecclesia huic Sacrificio hodie

Digitized by Google

praesentibus, clementer assistere digneris, ut tuis adjuti Precibus, dignam et acceptabilem hostiam summae Trinitati offerre, et divinos ejus fructus percipere valeamus. Amen.

In aspersione aquae lustralis.

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor

Ps. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam

Gloria Patri. *Rep.* Asperges me.

Alia ant. pro tempore paschali.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia; et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia.

Ps. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.

Gloria Patri. *Rep.* Vidi aquam.

Post aspersionem celebrans dicit:

v. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *(Temp. pasc. additur,* alleluia.

R Et salutare tuum da nobis. — Alleluia.

Digitized by Google

℣ Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tum, signo S. Crucis te muniens, cum sacerdote sic incipe:

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui laetificat juventutem meam.

Psalmus 42.

1. Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

2. Quia tu es Deus, fortitudo mea; quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

3. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in

Digitized by Google

montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

4. Et introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

5. Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

6. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultûs mei, et Deus meus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculorum. Amen.

Introibo ad altare Dei; Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum et terram.

Confessio generalis.

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi Pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideo precor Beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam,

Digitized by Google

sanctos Apostolos Petrum, et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Deus tu conversus vivificabis nos; et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Precatio.

Aufer a nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad Kyrie eleison.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Misere nostri, ô begnissime Jesu, et parce populo tuo, quem pretioso Sanguine tuo redemisti. Ne quæso

Digitized by Google

in perpetuum irascaris nobis, sed nobis propitius esto secundum abyssum misericordiarum tuarum.

Hymnus Angelicus.

Gloria in excelsis Deo: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex cœlestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite Jesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus Jesu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Gloria Patri, qui creavit nos. Gloria Filio, qui redemit nos. Gloria Spiritui Sancto, qui sanctificavit nos. Gloria summæ et individuæ Trinitati, Deo nostro in sæculą sæculorum. Amen.

Ad Collectam.

Omnipotens sempiterne Deus, te supplices oramus, ut de excelso Sanctuario

Digitized by Google

tuo respicere digneris super Congregationem nostram, Ecclesiæque tuæ preces, pro nobis omnibus, ad te sacerdotis hujus ministerio destinatas, clementer acceptes, et exaudias.

Largire nobis peccatorum nostrorum condonationem, integritatem mentis, incolumitatem corporis, necessariam vitæ sustentationem, pacem inter Christianos Principes, aëris temperiem, fertilitatem terræ. Catholicæ Fidei unitatem, extirpationem hæreseos, consiliorum impiorum destructionem, veræ orthodoxæque Religionis incrementum, flagrantiam charitatis ac pietatis omnis, toleratiam in afflictionibus, et quidquid præterea sive ad animæ, sive ad corporis salutem confert, tuæque unius cumprimis servit gloriæ Per Dominum.

Ad Epistolam et Graduale.

Mitissime Domine, Pater Misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui pro tua bonitate non definis nos Propheticis, Apostolicis, aliisque sacris doctrinis ad cultum et amorem tui sanctissimi Nominis adhortari; da quæsumus, ut salutaria dogmata ac monita omnes ex animo semper amplectamur, et omnem vitam nostram juxta normam illo-

Digitized by Google

rum serio conformare conemur. Et ne tandem ad cumulum damnationis cedat, viam veritatis per tot Præcones tuos cognovisse, et non fecisse. Da nobis gratiam et vires, ut quæ facienda toties cognoscimus, efficaciter exequi valeamus Amen.

Post Epistolam signa frontem, labia, et pectus signo Crucis, et dic: Gloria tibi Domine.

Evangelii verba demisso vultu, et erecta mente (veluti si Christo praedicanti assisteremus) audienda et meditanda sunt.

Ad Evangelium.

Vel attende ad Sacérdotem, si illum potes intelligere, vel recita quae sequuntur.

Domine Jesu, qui ex voluntate Patris tui lætum mundo Evangelium annuntiasti; da gratiam, ut illud intellectu percipiam, voluntate amplectar, memoriâ conservem, opere compleam, et gregi electarum ovium tuarum, quæ vocem tuam audiunt, ita hic associer, ut eidem in novissimo die ad dexteram tuam conjunctus audire merear: Venite benedicti.

Digitized by Google

Finitio Evangelio.

Laus tibi Christe, qui per te, ac Apostolos tuos, Evangelium Orbi prædicare, ac incredulos veræ Fidei luce illustrare dignatus es.

Symbolum Nicaenum.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilum omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero; Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis *(hic genua flectes)*. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui

Digitized by Google

ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

ORATIO.

Dum sacerdos ad Oblationem se praeparat.

Suscipe S. Trinitas, unus Deus, hoc sacrosanctum Sacrificium Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quod ego indignus peccator, una cum sacrificiis omnibus, tibi umquam oblatis aut offerendis, unitum sanctissimo Sacrificio ab eodem Domino nostro in ultima Cœna, et ara Crucis oblato, offero divinæ Majestati tuæ per manus sacerdotis, omni possibili pietatis affectu, ex puro amore tuæ infinitæ Bonitatis, secundum sanctissimam ejusdem Domini nostri, et S. Matris Ecclesiæ intentionem.

1. Ad maximam æternamque divinae

Digitized by Google

Majestatis tuae gloriam, amorem, beneplacitum. — 2. In perpetuam commemorationem Passionis ac Mortis dilectissimi Filii tui. — 4, In honorem, augmentumque gloriae B. Virginis Mariae, totiusque Curiae triumphantis. — 4. In gratiarum actionem, pro omnibus beneficiis sanctissimae Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, B. Virgini, Matri ejus, Patronis meis, omnibus Beatis, et mihi indignissimo hucusque collatis, et conferendis in aeternum. — 5. In satisfactionem peccatorum meorum, omniumque fidelium vivorum et defunctorum. — 6. Singulariter offero, pro sanitate mentis et corporis obtinenda; et pro N. N mihi peculiariter commendatis, omnibusque, pro quibus orare teneor. Suscipe et perfice hoc desiderium meum, ô sanctissima Trinitas, uberemque ad pie id complendum, gratiam et benedictionem largire. Amen.

Ad Orate Fratres.

Suscipiat Dominus hoc sacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam Nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae. Amen.

Digitized by Google

Ad Praefationem.

Celsissime Deus et Pater, erige quaesumus, corda nostra a terrenis ad caelestia, ut te unum et cogitemus, et loquamur, et vitâ totâ exprimamus, teque solo fruamur in aeternum.

Ad Gratias agamus.

Gratias agamus Domino Deo nostro. Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipoteus, aeterne Deus, per Christum, Dominum nostrum, Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, cœli cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim, sociâ exultatione concelebrant; cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli et terra gloriâ tuâ: Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.

ORATIO.

Benedictus sis Domine Jesu-Christe, Fili Dei vivi, qui nostri misertus e cœlo

Digitized by Google

descendisti, et assumptum de Virgine Corpus et Sanguinem tuum in ara Crucis, vera pro peccatis nostris Hostia, liberaliter obtulisti.— Laus tibi, et gloria, quod ex eodem Corpore et Sanguine tuo non modo Panem vitae nobis in Sacramento sumendum, sed etiam Sacrificium in Altari per sacerdotes offerendum instituisti, et usque ad mundi finem celebrandum reliquisti. — Jesu Nazarene, pro nobis crucifixe, propitius esto mihi et peccatoribus omnibus, eisque Sacramenti et Sacrificii hujus virtutem, ad corporis simul et animae profectum, atque ad omnem prosperitatem et consolationem fidelium, efficaciter provenire concede.

Oratio sub Canone, ad Deum Patrem.

Suscipe, clementissime Pater, sacrosanctum hoc Sacrificium de manu Sacerdotis, pro nobis, nostrisque omnibus, pro Ecclesia tua Catholica, ut eam pacificare, custodire, adunare, et per totum orbem terrarum regere digneris. Memento quaeso, Parentum meorum N. N. Cognatorum N. N. Benefactorum N, N. Item illius N. — Me-

Digitized by Google

mento etiam Domine, Pontificis nostri N. cum toto Episcoporum et Clericorum Collegio; Imperatoris, et Regis nostri, cum toto Principum et Conciliariorum Senatu, ut quisque salutis atque officii, abs te illis crediti, memores, fideliter tibi serviant.— Horum omnium miserere, ô Pater misericordiarum, sicut scis et vis, gratiam iis concedens, ut tibi perfectissime placeant, te agnoscant, timeant, ament, glorificent cum eodem dilecto Filio tuo, et Spiritu Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Ante Elevationem, ad Jesum Christum.

Summe Pontifex et Redemptor orbis Jesu Christe, qui te ipsum non solum in Cruce, sed etiam in hoc venerabili Sacramento, una cum Corpore et Sanguine præsentem nobis exhibes, ut etiam a peccatoribus te contingi, offerri, ac manducari permittas. — Miserere nostri, qui sine gratia tua nihil possumus, et Ecclesiæ tuæ Catholicæ toto orbe dispersæ succurre, ut per te pacem habeant Orthodoxi, et contra inimicos ubique defendantur. Magistratum Ecclesiasticum et civilem in munere suo

Digitized by Google

ita contine, ut Reipublicæ Christianæ præsint et prosint — Converte Domine, miseros peccatores, in Fide abberrantes; infideles illumina, afflictos consolare, ægros restitue, orphanis et egenis opitulare.

Suscipe hoc salutiferum Sacramentum, quod per Catholicos sacerdotes offertur, in plenam peccatorum nostrorum expiationem, in suppletionem negligentiarum, et in peculiarem gratiarum actionem pro tuis in nos collatis beneficiis quibuscumque Nec solum vivis, sed et fidelibus defunctis veniam et requiem dona sempiternam.

Ad Elevationem Sacrosanctae Hostiae.

Ave verum Corpus natum ex Maria Virgine! vere passum, immolatum in Cruce pro homine, cujus Latus, perforatum vero fluxit Sanguine. Esto nobis prægustatum mortis in examine. O clemens, ô pie, ô dulcis Jesu, Fili Mariæ, miserere mei, et da, ut sicut te nunc videre merui sub forma panis, ita cum ad judicandum veneris, securus et gaudens te merear videre in gloria tuæ Majestatis, et perpetuo perfrui in Regno æternae claritatis, ubi cum Deo Patre

Digitized by Google

et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

Ad Elevationem Calicis.

Salve nobilissime Sanguis, de Latere Domini mei Jesu Christi profluens, et totius veteris et novæ culpæ maculas diluens! Ablue, sanctifica, et custodi animam meam in vitam æternam. Amen.

Sit mihi Sanguis tuus in remissionem omnium peccatorum meorum, negligentiarum, et ignorantiarum mearum, in robur et augmentum Fidei, Spei, Charitatis, et omnium virtutum, in salutem animæ et corporis, et ademptionem gloriæ æternæ. Amen.

Post Elevationem, ad Deum Patrem.

O Pater æterne, ecce hic est Filius tuus dilectus, in quo tibi bene complacuit. Respice in faciem Christi tui, et averte faciem tuam a peccatis meis, propter quæ Unigenitus tuus humiliavit semet ipsum, tibi factus obediens usque ad mortem Crucis. Ecce hic est Advocatus noster, apud te, et propitiatio pro peccatis nostris: Ipse enim peccata nostra pertulit in Corpore suo super lignum, et Livore ejus sanati sumus. — Percutio ita cum Publicano, ex intimo

Digitized by Google

dolore, cor meum, tantis reatibus obnoxium: qui soli ad tanta supplicia traxerunt Unigenitum tuum. Per hunc ergo, propitius sis mihi peccatori. — Ecce vox Sanguinis Filii tui clamat ad te de terra, non vindictam, sed veveniam et misericordiam. Passio et Mors ejus sint mihi precor, in remedium et indulgentiam peccatorum meorum. Pœnæ et Vulnera Corporis ejus, medela fiant animæ meæ in vitam æternam. Amen.

Ad memoriam Defunctorum.

Rogamus etiam te, sancte Pater, pro spiritibus fidelium defunctorum, qui nos præcesserunt cum signo Fidei, et dormiunt in somno pacis: scilicet Patris et Matris meæ, fratrum, sororum, omniumque, qui meis precibus commendati sunt, ut sit illis salus et gaudium sempiternum. — Indulge illis Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, per hoc incruentum Sacrificium, et summum pietatis Sacramentum, locum refrigerii et pacis. Per Christum Dominum nostrum.

Ad memoriam Sanctorum.

Miserere mei quoque indigni peccatoris, secundum multitudinem misera-

Digitized by Google

tionum tuarum, et concessâ in praesenti scelerum veniâ, ne me sinas in futuro seculo excruciari cum impiis; sed aliquam portiunculam dones cum beatissima Virgine Maria, cum Apostolis tuis Petro et Paulo, omnibusque Sanctis tuis in cœlis, quorum me, licet imparem meritis, participem tamen fac solâ misericordiâ tuâ, sucurrentibus eorum meritis et precibus. Amen.

Dum Sacerdos super Calicem Crucis formam designat cum S. Hostia.

Anima Christi sanctifica me. Corpus Christi salva me. Sanguis Christi inebria me. Aqua lateris Christi, lava me. Passio Christi conforta me. O bone Jesu, exsudi me; intra Vulnera tua absconde me; ne permittas me separari a te; ab hoste maligno defende me; in hora mortis meae voca me, et jube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te in saecula saeculorum. Amen.

Ad Orationem Dominicam.

O Pater misericordiarum, nos, etsi servi indigni et iniqui, audemus te Patrem nostrum, nos filios tuos dicere. Agnosce quaeso dilectissimi Filii tui, quam nos docuit, orationem, et largire

Digitized by Google

propitius, quidquid per ipsum, ab ipso edocti, a te petimus, dicentes: Pater noster, qui es in cœlis, etc.

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, praeteritis, praesentibus, et futuris; et intercedente beatâ et gloriosâ semper Virgine, Dei Genitrice Maria cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eumdem Dominum nostrum.

Ad Agnus Dei.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; *bis.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

ORATIO.

Dulcissimam pacis vocem, Domine Jesu, a mortuis redivivus, ad tuae dilectorum Discipulos emisisti, dicens: Pax vobis, quam et jam iturus ad Passionem, comprecatus fueras, dicens: Pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis. Tolle a nobis quaeso, Agnus Dei immaculate, peccata nostra,

Digitized by Google

aufer a nobis iniquatates nostras, quae inter nos et te diviserunt, ut remissis peccatis pacem tecum habeamus, quae in testimonio conscientiae bonae, suavi jucunditate resultat, ut in cœlestibus Regnis pacem illam, quae exsuperat omnem sensum et intellectum, perpetuam consequamur.

Deus, a quo sancta desideria, *p.* 42... Per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum.

ORATIO

Ad Communionem Sacerdotis.

O Sacrum convivium, *p.* 62.

Ecce, adsto pauper et inops ad mensam summi Regis, et amantissimi Patris mei, tuam Christe Jesu, et credo tibi, ô aeterna Veritas! quod vere e cœlo empyreo ad verbum sacerdotis, ut me visites, venire dignatus es; verumtamen conscius infirmitatis meae, et peccatorum meorum, non audeo sacramentaliter suscipere te; sed dico cum Centurione, cujus servum absens, uti alios plurimos, sanasti: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbum, et sanabitur anima mea.

Digitized by Google

Respice me a longe stantem cum Publicano, tundentem pectus, et dicentem tibi: Deus propitius esto mihi peccatori. — Agnosco te verum esse Panem vivum, qui de cœlo, ut nos te ipso pasceres, descendisti, et intra has species mirâ dulcedine, stupendâ dignatione, et potentiâ admirabili te abdidisti; scio te cupidum pascendi animam meam. — Crédo, bone Jesu, verbo quod dixisti: Qui manducat me, vivet propter me. Ecce Panis vive, miser ego fame et frigore pene confectus, infirmitatibus multis obnoxius, accedo ad te, ut manducans te, plenius et verius vivam de te; fovear a te; et saner a te: confido te non aversaturum indignitatem, infirmitatem, et inopiam meam. — Adoro te, Domine Jesu, vivâ et verâ fide, in hoc Sacramento, Corpore et Animâ, Carne et Sanguine, vi mirabilis Potentiae, Sapientiae, et Bonitatis, vere praesentem; et Spero in te, ô Fons misericordiae, et pietatis: non enim sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, tu qui solo nutu potes omnia, et sanabitur misera et languens anima mea. — Amo te, Domine, tam amantem mei, ex toto corde meo, super me, et omnia: et ideo cupio te

Digitized by Google

modo sumere, saltem spiritualiter per os sacerdotis hujus, Ministri tui, qui adstrans Altari tuo, pro nobis omnibus sacrosancta haec Mysteria offert, ut manducem te, et muter in te, et unus tecum efficiar spiritus, ut nihil me separet a te, sed in aeternum adhaeream tibi. — Fac, ô Domine, per haec sacra Mysteria; immensae Charitatis tuae munera, ut sanctissimum Corpus tuum, aromatibus, et bono virtutum odore condiam, et sindone purae conscientiae involutum, in cor novum mundumque reponam. Utinam tu in me, et ego in te jugiter maneam, et requiescam.

COLLECTA.

Deus, qui nobis sub Sacramento *p.* 62.

Post Communionem spiritualem.

O Clementissime Salvator, Christe Jesu, quam suavis es, et mitis, et misericors omnibus invocantibus te! cum enim non essemus, divinâ Potentiâ creasti nos; cum inimici tui essemus, e cœlo veniens mirâ Sapientiâ redemisti nos, ut vero nos miseros ac debiles in hoc exilio pasceres, et conservares, tot Sacramentis et auxiliis gratiæ Ecclesiam tuam instruxisti: immo Corpus et San-

Digitized by Google

guinem tuum, id est, te ipsum, ineffabili bonitate; et modo prorsus admirabili, in hoc Sacramento dedisti. O Charitas! ô Pietas! ô novum et grande Mysterium!

Ad Ite missa est.

Ecce Pater æterne, Missa jam est salutis Hostia, quam tu de cœlis misisti in terram. Placeat tibi quæso, quia hic est ipse Filius tuus, in quo tibi bene complacuit. Agat nunc, quæso, officium Mediatoris et Advocati, ubi sedet ad dexteram tuam, et interpellat pro nobis. Memento omnis Patientiæ, Charitatis, et Mansuetudinis ejus, et orantem in Nomine dilecti Filii tui exaudire digneris; quia ipse dixit: Si quid petieritis Patrem in Nomine meo, dabit vobis. Hoc unum peto, Domine, placeat tibi hoc Sacrificium, ad majorem gloriam Nominis tui, prosit mihi, et fidelibus tuis, vivis et defunctis ad salutem. Amen.

Ad ultimam Benedictionem, reverenter te inclinans, magnâ cum fide dic:

Benedicat nos Deus Pater; custodiat nos Jesus Christus, illuminet nos Spi-

Digitized by Google

ritus Sanctus, omnibus diebus vitæ nostræ. Confirmet nos virtus Christi, indulgeat nobis Dominus universa delicta nostra. Amen

A subitaneâ et improvisâ malâ morte liberet nos omnipotens Dominus Pater, † et Filius, † et Spiritus † Sanctus. Amen.

Deinde facto signo Crucis in fronte, dic:

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat; et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine; ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine — Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui

Digitized by Google

eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est*, et habitavit in nobis, (et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre) plenum gratiæ et veritatis. R. Deo gratias.

Post peractum Missae sacrificium.

Clementissime Pater, qui me peccatorem ex infinita bonitate tua, non dedignatus es stare in conspectu tuo, ut sub sacrosancto hoc Missæ Sacrificio laudarem et adorarem te! suscipe, obsecro, in gratiarum actionem Vitam et Mortem Unigeniti Filii tui Christi Jesu, qui languores nostros suo Livore sanavit, et per manus hujus sacerdotis in vivam Hostiam pro me offerri dignatus est. — Ignosce mihi, precor, omnes errores meos, quos vel ariditate, vel negligentiâ, vel infirmitate naturae inter orandum admisi, ne oratio mea fiat mihi in peccatum, et glorietur inimicus adversus me, quod ne ipso quidem tempore Doxologiæ, Confessionis, at-

Digitized by Google

que Synaxeos a peccato mihi caverim.— Non despicies me, benigne Deus, si in faciem Christi tui respicias, in cujus pretioso Sanguine, pro me in ara Crucis effuso, omnis mea spes et fiducia.— Suscipe igitur, sanctam hanc et immaculatam Hostiam Filii tui, in expiationem omnium defectuum meorum, in solatium et refrigerium omnium fidelium vivorum et defunctorum: per eum, qui hîc oblatus est, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen,

PRÆFATIONES IN MISSIS

PRO FESTIS PROPRIIS.

De Beata M. Virgine ad † additur pro variis festis Annuntiatione, Visitatione, Assumptione, Nativitate, Praesentatione, Conceptione, *et in aliis festis ejus* Festivitate *in fest. S. Rosarii* Solemnitate.

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique

Digitized by Google

gratias agere, Domine Sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. Et te in † beatae Mariae semper Virginis collaudare, benedicere et praedicare; quae et Unigenitum tuum Sancti Spiritûs obumbratione concepit, et virginitatis gloriâ permamente, lumen aeternum mundo effudit, Jesum Christum Dominum nostrum. Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli cœlorumque virtutes ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes.

De Apostolis et Evangelistis.

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, te Domine, suppliciter exorare, ut gregem tuum, Pastor aeterne, non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continuâ protectione custodias, ut iisdem Rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti p æesse Pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et ! ominationibus, cumque omni militia cœlestis exercitûs, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes,

Digitized by Google

De Nativitate et S. Sacramento.

Vere dignum..... aeterne Deus, quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostrae oculis lux tuae claritatis infulsit; ut, dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo....

Epiphaniae.

Vere dignum..... aeterne Deus, quia cum Unigenitus tuus in substantia nostrae mortalitatis apparuit, novâ nos Immortalitatis suae luce reparavit. Et ideo ....

In Quadragesima.

Vere dignum..... aeterne Deus, qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et praemia, per Christum Dominum nostrum: Per quem Majestatem tuam laudant Angeli....

De Passione.

Vere dignum..... aeterne Deus, qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret; et qui in lingno vincebat, in ligno quoque vinceretur. per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem.....

Digitized by Google

Paschae, et temp. paschali.

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, te quidem, Domine, omni tempore, sed in hâc potissimum die gloriosius praedicare, cum Pascha nostram immolatus est Christus. Ipse enim verus est agnus, qui abstulit peccata mundi; qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. Et ideo ...

Per temp. pasch. *pro* in hac potissimum die gloriosius... *dic*... in hoc potissimum gloriosius.

In Ascensione.

Vere dignum..... æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. Qui post Resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, et, ipsis cernentibus, est elevatus in cœlum, ut nos divinitatis suae tribueret esse participes. Et ideo....

In Pentecôste.

Vere dignum.. .. aeterne Deus, per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cœlos, sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum Sanctum hodiernâ die in filios

Digitized by Google

adoptionis effudit. Quapropter, profusis gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernae Virtutes atque Angelicae Potestates hymnum gloriae tuae concinunt, sine fine dicentes.

De sanctissima Trinitate, quae dicitur omnibus diebus Dominicis, qui non habent propria.

Vere dignum..... aeterne Deus, qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus est Deus, unus est Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius trinitate substantiae. Quod enim de tua gloriâ, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentiâ discretionis sentimus. Ut in confessione verae, sempiternaeque deitatis, et in personis proprietas, et in essentiâ unitas, et in Majestate adoretur aequalitas, quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim, qui non cessant clamare quotidie, unâ voce dicentes.

Digitized by Google

PRECES ANTE CONFESSIONEM.

Oratio Praeparatoria.

Conditor cœli et terræ, Rex Regum, et Dominus dominantium, qui me de nihilo fecisti ad imaginem et simultudinem tuam, et me proprio tuo Sanguine redemisti; quem ego peccator non sum dignus nominare, nec invocare, nec corde cogitare; Te suppliciter deprecor, et humiliter exoro, ut clementer respicias me servum tuum nequam, et miserearis mei, qui misertus fuisti mulieris Chananeæ, et Mariæ Magdalenæ; qui pepercisti Publicano, et Latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor, Pater piissime peccata mea, quæ si volo abscondere, non possum, tibi Domine, parce mihi, Christe, quem ego nuper multum offendi cogitando, loquendo, operando, et omnibus modis, quibus ego fragilis homo et peccator peccare potui: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideo, Domine, precor tuam clementiam, qui de Cœlo pro

Digitized by Google

mea salute descendisti; qui David a peccati lapsu erexisti, parce mihi Domine, parce mihi Christe, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator et Redemtor meus, Dominus, Salvator, Rex et Deus meus. Tu es spes et fiducia mea, gubernatio et auxiliatio mea, consolatio et fortitudo mea, defensio et liberatio mea, vita, salus et resurrectio mea, lumen et desiderium meum, adjutorium et patrocinium meum. Te deprecor et rogo, adjuva me, et salvus ero; guberna et defende me, conforta et consolare me; confirma et lætifica me; illumina et visita me. Suscipe me mortuum: quia factura et opus tuum sum. Domine, ne despicias me: quia famulus et servus tuus sum, quamvis malus, quamvis indignus et peccator: sed qualiscumque sim, sive bonus, sive malus, semper tuus sum. Ad quem ergo fugiam, nisi ad te vadam? Si tu me ejicis, quis me recipiet? Si tu me despicis, quis me aspiciet? Recognose me ergo indignum ad te refugientem, quamvis sim vilis et immundus: quia si vilis et immundus sum, potes me mundare: si cæcus sum, potes me illuminare: si infirmus sum, potes me sanare; si mortuus et sepultus sum, potes me resus-

Digitized by Google

citare; quia major est Misericordia tua, quam iniquitas mea; major est Pietas tua, quam impietas mea: plus potes dimittere, quam ego committere; et plus parcere, quam ego peccator peccare. Ne ergo despicias Domine, neque attendas multitudinem iniquitatum mearum, sed secundum multitudinem miserationem tuarum miserere mei, et propitius esto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ: Salus tua ego sum: qui dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur et vivat. Converte me Domine ad te, et noli irasci contra me. Deprecor te clementissime Pater, propter Misericordiam tuam supplico et exoro, ut perducas me ad bonum finem, et ad veram Pœnitentiam, puram Confessionem, et dignam Satisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

Alia Oratio.

Suscipe Confessionem meam, piissime ac clementissime Domine Jesu Christe, unica Spes salutis animæ meæ, et da mihi obsecro, contritionem cordis, et lacrymas oculis meis, ut defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate et puritate cordis. Ap-

Digitized by Google

propinquet oratio mea in conspectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quem adjutorem quaeram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine, qui Chananaeam, et Publicanum vocasti ad pœnitentiam, et Petrum lacrymantem suscepisti. Domine Deus meus, suscipe preces meas, Salvator mundi, Jesu bone, qui te crucis morti dedisti, ut peccatores salvos faceres. Respice me miserum peccatorem invocantem Nomen tuum, et noli sic attendere malum meum, ut obliviscaris Bonum tuum: et si commisi, unde me damnare potes, tu non amisisti, unde salvare soles. Parce ergo mihi, qui es Salvator meus, et miserere peccatrici animae meae; solve vincula ejus, sana vulnera Domine Jesu. Te desidero, te quaero, te volo; ostende mihi faciem tuam, et salvus ero. Emitte igitur, piissime Domine, meritis purissimae et immaculatae semper Virginis, Genitricis tuae Mariae, et Sanctorum tuorum, Lucem tuam et Veritatem tuam in animam meam, quae omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet, atque juvet, et doceat ipsos plene et contrito corde explicare.

Digitized by Google

Conscientiam examinans; distincte dispice spicies ac numerum Peccatorum, si sint mortifera; nam haec distincte explicanda, ne in die judicii innotescant.

Oratio ante examen conscientiae.

Domine Jesu Christe, vera Lux mundi, illuminans omnes, qui in tenebris et umbrâ mortis sedent; illumina per Sancti Spiritûs tui Gratiam, cor et conscientiam meam, ut quidquid divinae tuae Majestatis oculos offendit, perfecte dignoscere, et verâ animi contritione, humilique confessione, detestari valeam, qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sanct Deus, per omnia saecula saeculorum Amen.

Hymnus. — Veni Sancte Spiritus, et emitte cœlitus. *p.* 47.

Catalogus peccatorum pro examine conscientiae.

PERCURRE X PRÆCEPTA DECALOGI. *p.* 5.

I. *Præceptum.* — Feci toties Confessiones sacrilegas, omittendo voluntarie unum, vel plura gravia peccata, vel non eliciendo dolorem et propositum

Digitized by Google

serio me emendandi, In tali statu toties..... Communionem frequentavi.... Dubitavi de aliquo Fidei articulo advertenter et voluntarie, nec restiti toties.... Legi libros hæreticos, superstitiosos, prohibitos, etc ; dedi eosdem tot aliis legendos.... Gravibus superstitionibus fidem adhibui, iis usus sum.... Desperavi de emendatione vitæ, vel impetranda peccatorum meorum venia.... Confessionem diu distuli etiam in vitæ periculo constitutus.... Murmuravi contra Deum, vel eumdem blasphemavi.... In imprecationibus Sacramenta, et vulnera Christi nominavi.... Complacentiam habui in tali peccato commisso.... Superbivi de donis gratiæ et naturæ, eaque meis meritis, non divinæ gratiæ attribui....

II. *Præceptum.* — Juravi falsum (vel dubitans de veritate) per Deum, vel animam, etc.... Cum juramento promisi, me malum grave facturum animo servandi. *Hoc vero juramentum non tenemur, nec possumus servare*... Rem licitam juravi, animo non servandi.... Affirmavi falsum cum imprecatione, v. g. Deus me puniat: non fiam salvus: diabolus me auferat: non dicedam ex hoc loco, etc., *maxime cavendæ sunt formulæ hujusmodi.* Quam vere Deus vivit

Digitized by Google

etc.... Votum hoc feci; et non servavi.... Verba sacra ad facetias et inhonesta applicavi .. Nomen Domini sine reverentia nominavi. ..

III. *Præceptum.* — Missam die Dominico vel Festo non audivi, cum possem; vel notabilem illius partem neglexi, veniendo post Evangelium. In eadem multum fabulatus sum.. aut meâ culpâ fui diu distractus..,. alios quoque in illa turbavi.... Feci opera servilia diebus Dominicis vel Festis .. Vel hos dies lusibus, conviviis, compotationibus, pravis colloquiis, occupationibus lucrosis, aut profanis, cum neglectu concionum, etc., transegi, vel per meos ejusmodi res fieri permisi....

IV. *Præceptum.* — Parentes, aut superiores graviter offendi tali modo... v g. illos læsi, vel execratus sum, vel mortem optavi: in rebus decentibus me iis opposui, detraxi, etc... Non subveni parentibus in necessitate, cum possem, Testamentum illorum, et ultimam voluntatem non sum exsecutus...,

Videant parentes, an e contrario liberos ad iracundiam provocaverint, hos aut domesticos suos in rebus divinis impediverint, etc.

V. *Præceptum.* — Odio gravi aliquem

Digitized by Google

sum persecutus tamdiu... Vulneravi, aut aliter læsi, vel id facere optavi; non me ei conciliavi, dum ad Sacramenta Confessionis et Communionis irem. Optavi aliis mortem vel damnum; aut gravisus sum; dum mors aut malum illis evenerit... De bono illorum dolui... Affeci alios injuriâ, calumniis, contumeliis, etc.... Suscitavi inter illos per susursationem aut similes modos, discordias.... Miseris in extrema necessitate, cum possem, non subveni.

VI. *et* IX. *Præceptum.* — Cogitationibus lascivis voluntarie inhæsi, iisque me oblectavi, cum desiderio peccandi circa personas liberas, vel conjugatas, vel etc. toties.... Osculis, aspectu, *hac vel illa ratione*, mecum vel cum aliis peccavi, toties.... Verbis, cantilenis, libris impuris sum usus, aliosque seduxi.... Munusculis, blanditiis, etc. ad peccandum conatus sum alicere.... In consuetudine talium peccatorum, hæsi, tamdiu.... *Qui in statu conjugali degunt, examinent se, an re aut modo contra hujus statûs decentiam deliquerint.*

VII. *et* X. *Præceptum* — Proximo per furtum, fraudem, vel alium illicitum modum, grave damnum intuli, tanti

Digitized by Google

pretii... Nondum restitui, cum possem.... Volui damnum aliis inferre, effectu tamen, ob defectum occasionis non secuto. Vel concupivi res alienas. Lucrum aliorum impedivi.... Chartarum vel alearum lusu, potationibus, otio, aliisque similibus modis facultates proprias, parentum, prolium, etc., inutiliter consumpsi. .. Injustas lites et processus suscitavi vel fovi.... Simoniace comparavi mihi vel aliis beneficia Ecclesiastica tot.... tali via.... Res inventas non restitui, cum possem: nec in usus pios converti... Usuras illicitas exercui... Debita persolvere distuli, neglexi, nolui ...

VIII. *Praeceptem.* — Mentitus sum cum damno proximi, gravi vel levi, in judicio vel extra illud.... vel leviter, officiose, ex consuetudine sum mentitus.... Detraxi graviter alienæ famæ, falsum crimen illi affingendo; vel occultum licet verum, cum infamatione proximi detegendo, secreta revelando, etc.... Temere alios judicavi in re gravi, etc.... Detrahentibus aures et animum benevolum præbui, promovi illorum sermones, laudavi, et cum possum impedire, id non feci etc., Adulatus sum, etc.... Susurronem egi...

Digitized by Google

Percurre V Praecepta Ecclesiae. p. 6.

Septem peccata capitalia.

1 Superbia. 2 Avaritia. 3 Luxria. 4 Invidia. 5 Gula. 6 Ira. 7 Acedia.

Sex peccata in Spiritum Sanctum.

1 Præsumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati. 2 Desperatio. 3 Agnitæ veritatis impugnatio. 4 Fraternæ charitatis invidentia 5 Obstinatio. 6 Impœnitentia.

Quatuor peccata in Cœlum clamantia.

1 Homicidium voluntarium. 2 Peccatum Sodomiticum 3 Oppressio pauperum, viduarum, atque pupillorum. 4 Merces operariorum defraudata.

Novem peccata alliena, quae committuntur:

1 Consilio. 2 Jussione. 3 Consensu 4 Irritatione. 5 Laudatione. 6 Reticentiâ. 7 Conniventiâ. 8 Rei alienæ participatione. 9 Alieni peccati defensione.

Tabula Peccatorum.

COGITATIONES.

Toties.. inhaesi voluntarie, cum con-

Digitized by Google

sensu, Cogitationibus superbis, otiosis, vagis *in oratione*, impuris, cupidis, invidiosis, iracundis *cum odio*, vindicativis, suspiciosis, *cum temerario judicio*; blasphemis, hæreticis, desperabundis.

VERBA.

Toties.... cum scandalo vel detrimento proximi locutus sum Verba otiosa, jactatoria, superba, impudica, irrisoria, maledica, execratoria, blasphema, detractoria, contumeliosa, mendacia *cum juramento*, ironica, fraudulenta, adulatoria, seductoria.

OPERA.

Toties... peccavi his operibus: fui otiosus; neglexi *ista*... Pecuniam *inutiliter impendi.* Orationes, *ad quas obligor, omisi;* concionem *neglexi;* dies festos *male impendi.* Jejunia violavi; superbus fui *in vestibus, etc.* avarus et durus *in pauperes.* Impudicus *mecum vel cum aliis.* Intemperans *in cibo, potu, etc.* Segnis *in rebus divinis.* Injuriam feci. Furatus sum *tantum...* Fraudes exercui. Læsi in corpore, *vel honore alium.* Inobediens fui. Contumax. Seduxi alios. Scandalum dedi *grave .. tot aliis...*

Digitized by Google

Post examen conscientiae,

ORATIO.

Clementissime Domine Jesu Christe, respicere digneris super me miserum peccatorem, oculis Misericordiae tuae, quibus respexisti Petrum in atrio, Mariam Magdalenam in convivio, et Latronem in crucis patibulo: praesta, ut cum Petro peccata mea digne fleam, cum Maria Magdalena perfecte te diligam, et cum Latrone in saecula saeculorum te videam. Amen.

Actus Contritionis.

Delicta mea, Deus, pavesco, et ante te erubesco, cum veneris judicare, noli me condemnare.

Ah doleo, Deus cordis mei! doleo ex toto corde meo, quod spreverim ac laeserim supremam Bonitatem et Majestatem tuam. O cur umquam te offendi, ô amabilissima Bonitas! ô Majestas colendissima! Doleo jam ex sincerissimo amore tui, qui amari super omnia infinite dignus es. Amo te, Deus meus, et amare te, et glorificare te volo in aeternum. Amen.

Digitized by Google

Perpende quod dicit S. Gregor. Nyssenus.

Afflictionis tuæ participem et socium sume Sacerdotem; ut Patrem: Quis enim tam falso nominatur Pater, aut tam duro, atque adamantino animo præditus est, qui non filiis mœrentibus doleat, et gaudentibus lætetur? Sacerdos ita tristatur ob peccata illius, quem propter religionem habet loco filii, ut Jacob visâ tunicâ Josephi sanguine conspersâ: ut David luxit Absolonis interitum: ut Heli Ophnim et Phinëem, qui in acie ceciderant: ut Moyses impium populum, qui, rerum novarum studiosus, vitulum sibi conflaverat: Quamobrem major tibi in eo fiducia sit, qui te in Christo genuit, quam in illis, a quibus corpore procreatus es. Audacter ostende illi, quæ sunt recondita. Animi arcana, tamquam occulta vulnera, medico detege; ipse et honoris et valetudinis tuæ rationem habebit. Filiorum dedecore magis moventur parentes quam ipsi filii. Nam ut filiorum gloria ad parentes pertinet, sic etiam dedecus et turpitudo. Incertus est, fratres, termines vitæ, discessum e vita diligentiâ præveniamus, etc. *Sic pergit nos adhor-*

Digitized by Google

tari, ne Confessionem aut horreamus, aut differamus.

Oratio Regis Manassis.

Domine omnipotens, importabilis est magnificentia Gloriae tuae, et insustentabilis ira comminationis tuae super peccatores: immensa vero, et investigabilis misericordia promissionis tuae: quoniam tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, et multum misericors, et pœnitens super malitias hominum. Tu Domine, secundum multitudinem bonitatis tuae promisisti pœnitentiam et, remissionem iis, qui peccaverunt tibi, et multitudine miserationum tuarum decrevisti pœnitentiam peccatoribus in salutem Tu igitur, Domine, Deus justorum, non posuisti pœnitentiam justis Abraham, et Isaac, et Jacob, iis qui tibi non peccaverunt; sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccavi super numerum arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ, et non sum dignus intueri, et aspicere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum mearum. Et nunc flecto genu cordis mei, precans a te bonitatem. Peccavi, Domine, peccavi, et iniquitates meas agnosco. Quare peto, rogans te, re-

Digitized by Google

mitte mihi, Domine, remitte mihi, et ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum iratus, reserves mala mihi, neque damnes me in infima terrae loca, quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: et in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum salvabis me secundum magnam misericordiam tuam, et laudabo te semper omnibus diebus vitae meae: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, et tibi est gloria in saecula saeculorum. Amen.

Psalm. 50. *Est pia Davidis pœnitentis Oratio.*

1. Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

2. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitate mea, * et a peccato meo munda me.

4. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, * et peccatum meum contra me est semper.

5. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Digitized by Google

6. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * et in peccatis concepit me mater mea.

7. Ecce enim veritatem dilexisti, * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

8. Asperges me hyssopo, et mundabor, * lavabis me, et super nivem dealbabor.

9. Auditui meo dabis gaudium et lætitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

10. Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

11. Cor mundum crea in me Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

12. Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

13. Redde mihi lætitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

14. Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

15. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

16. Domine, labia mea aperies * et os meum annuntiabit laudem tuam.

17. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Digitized by Google

18. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

19. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

20. Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, etc.

Oratio ad B. Virginem.

Ave Maria, cœli terræque Regina, quæ a Deo in Matrem es electa ante omnia sæcula. Tu es illa B. Mulier, de qua Dominus noster Jesus Christus, ut genus humanum redimeret, carnem voluit assumere. Per te cœlum terræ jungitur, et summa imis cumulantur. Tu es Dux vitæ nostræ: tu porta divinæ gratiæ: tu es securus hujus procellosi mundi portus: tu lætitia cœli, tu exultatio terræ, tu peccatorum tutissimum asylum, tu certissimum praesidium omnium te invocantium. Ego tali animatus fiduciâ, ad te venio, ne averseris miserum, ô misericordiæ Mater! qui misericordiâ tuâ fretus de miserorum numero in filiorum tuorum sortem transire cupio. Fateor quidem me sæpe,

Digitized by Google

ac graviter dilectissimum Filium tuum peccatis meis offendisse, atque idcirco et ipsius, et tuâ gratiâ indignum esse; sed ex intimo corde nunc doleo, quod summum illud bonum, Dominum, ac Redemptorem meum, Jesum Christum, quem super omnia amo, unquam offenderim, et coram te, ejusdem dilectissima Matre, emendationem, et satisfactionem polliceor. Obsecro itaque te Domina, ut mihi veniam peccatorum meorum, gratiamque impetres. Tuae enim est pietatis, Virgo benedicta, ipsam, quam apud Deum invenisti gratiam, notam facere mundo. Amen.

Oratio ad spem excitandam. p. 112.

Ante quam ad tribunal pœnitentiae accedas elice actum Contritionis.

Utinam, te Domine Deus meus, ex toto corde meo, ex toto anima mea, et ex omnibus viribus meis super omnia (quod opto) diligam! utinam ipsum Seraphinorum amorem exæquem, in eoque æternum persistam! Tu scis, Domine, quia amo te, magisque amare cupiam; quod millies malim morri, quam in talia... peccata relabi. O quam doleo, quod te summum et amantissi-

Digitized by Google

mum bonum meum umquam offenderim! Utinam, (quod firmissime tuâ fretus ope propono) te nunquam vel minimo delicto offendam! Tu enim omni amore, honore et cultu dignus es, cujus sanctissimam voluntatem in omnibus exequi cupio. Amen.

In sede confessionali, quam primum Sacerdos ad te audiendum se inclinat, dic: Benedic Pater.

Acceptâ benedictione recita : Confiteor, etc. *vide* p. 120 *usque ad* meâ culpâ *exclusive*

Tunc indicato tempore ultimae Confessionis, et an injunctam pœnitentiam expleveris , peccata tua recense juxta instructionem p. 151. *Conclude in haec verba,* meâ culpâ, meâ culpâ, *etc. usque ad finem.* p. 120—121.

Pœnitentiam et admonitionem, quam Confessarius dederit , demisso animo exipe, doloremque piis affectibus (sine tamen strepitu) excita.

PRECES POST CONFESSIONEM.

Sit tibi, Domine, obsecro, meritis beatæ semper Virginis Genitricis tuæ

Digitized by Google

Mariæ, et omnium Sanctorum, grata et accepta ista Confessio mea: et quidquid mihi defuit nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessionis, suppleat Pietas et Misericordia tua: et secundum illam digneris me habere plenius et perfectius absolutum in cœlo. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate, etc.

Gratiarum Actio.

Ad te, ô benignissime Jesu! revertor, et gratias ago, quod a fœdissima peccatorum meorum lepra mundare me dignatus fueris. Sit nomen tuum, ô Jesu! benedictum in saecula. Vere tu Jesus, hoc est, Salvator es, qui neminem a te quantumlibet flagitiosum repellis, qui omnes serio pœnitentes in gratiam recipis et in numerum filiorum tuorum adscribis. Misericordiae tuae viscera, ô Jesu! agnosco et amplector, meque totum servitio tuo deinceps addico. Adjuva, obsecro, imbecilitatem meam, ut nunquam hujus tui mihi præstiti beneficii oblitus, amore ullius delectationis, aut præposteri affectûs impulsu, in priora peccata relabar, neque a te separer. Cor et animam meam dilectionis tuæ brachiis ita te-

Digitized by Google

cum constringe, ut dicere cum Apostolo audeam: Quis me separabit a charitate Christi. *Rom.* 8. 35.

Adduntur 7 Psalmi Pœnitentiales.

Quos D. Augustinus, cum discessum e vita sibi instare intelligeret, profusis lacrymis legebat: solens dicere, neminem, etsi nullius sceleris sibi conscius esset, comittere debere, ut sine pœnitentia migraret e vita.

Ant. Ne reminiscaris.

I. PSALM. POEN. 6.

Domine, ne in furore, etc. *p.* 107.

II. PSALM. POEN. 31.

1. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, * et quorum tecta sunt peccata.

2. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: * nec est in spiritu ejus dolus.

3. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

4. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

5. Delictum meum cognitum tibi feci: * et injustitiam meam non abscondi.

Digitized by Google

6. Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * et tu remisisti impietatem peccati mei.

7. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opposturno.

8. Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

9. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me: * exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

10. Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, quâ gradieris: * firmabo super te oculos meos.

11. Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellectus.

12. In camo et freno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

13. Multa flagella peccatoris: * sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.

14. Lætamini in Domino, et exultate justi: * et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, etc.

III. PSALM. POEN. 37.

1. Domine, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Digitized by Google

2. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: * et confirmasti super me manum tuam.

3. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

4. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

5. Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ, * a facie insipientiæ meae.

6. Miser factus sum, * et curvatus sum usque in finem: * tota die contristatus ingrediebar.

7. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, * et non est sanitas in carne mea.

8. Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: * rugiebam a gemitu cordis mei.

9. Domine, ante te omne desiderium meum: * et gemitus meus a te non est absconditus.

10. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum

11. Amici mei, et proximi mei, * adversum me appropinquaverunt, et steterunt.

12. Et qui juxta me erant, de longe

Digitized by Google

steterunt: * et vim faciebant, qui quærebant animam meam.

13. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: * et dolos tota die meditabantur.

14. Ego autem tamquam surdus non audiebam: * et sicut mutus non aperiens os suum.

15. Et factus sum sicut homo non audiens; * et non habens in ore suo redargutiones.

16. Quoniam in te, Domine, speravi: * tu exaudies me Domine, Deus meus.

17. Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei: * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

18. Quoniam ego in flagella paratus sum: * et dolor meus in conspectu meo. semper.

19. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: * et cogitabo pro peccato meo.

20. Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: * et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: * quoniam sequebar bonitatem.

22. Ne derelinquas me, Domine Deus meus: * ne discesseris a me.

Digitized by Google

23. Intende in adjutorium meum, * Domine Deus salutis meae.

Gloria Patri, etc.

IV. PSALM. POEN. 50.

1. Miserere mei Deus: * etc. *p.* 161.

V. PSALM. POEN. 101.

1. Domine exaudi orationem meam: * et clamor meus ad te veniat.

2. Non avertas faciem tuam a me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

3. In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me.

4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

5. Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum: * quia oblitus sum comedere panem meum.

6. A voce gemitus mei: * adhaesit os meum carni meae.

7. Similis factus sum pelicano solitudinis: * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

8. Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

9. Tota die exprobrabant mihi ini-

Digitized by Google

mici mei; * et qui laudabant me, adversum me jurabant.

10. Quia cinerem tamquam panem manducabam: * et potum meum cum fletu miscebam.

11. A facie irae et indignationis tuae, * quia elevans allisisti me.

12. Dies mei sicut umbra declinaverunt: * et ego sicut fœnum arui.

13. Tu autem, Domine, in aeternum permanes; * et memoriale tuum in generationem et generationem.

14. Tu exurgens misereberis Sion: * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

15. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus; * et terrae ejus miserebuntur.

16. Et timebunt Gentes nomen tuum, Domine; * et omnes Reges terrae gloriam tuam.

17. Quia aedificavit Dominus Sion: * et videbitur in gloria sua.

18. Respexit in orationem humilium. * et non sprevit precem eorum.

19. Scribantur haec in generatione altera: * et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

20. Quia prospexit de excelso sancto suo: * Dominus de cœlo in terram aspexit.

Digitized by Google

21. Ut audiret gemitus compeditorum: * ut solveret filios interemptorum.

22. Ut annuntient in Sion nomen Domini: * et laudem ejus in Jerusalem.

23. In conveniendo populos in unum; * et Reges ut serviant Domino.

24. Respondit ei in via virtutis suae: * Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

25. Ne revoces me in dimidio dierum meorum: * in generationem et generationem anni tui.

26. Initio tu, Domine, terram fundasti; * et opera manuum tuarum sunt cœli.

27. Ipsi peribunt, tu autem permanes: * et omnes sicut vestimentum veterascent.

28. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: * tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

29. Filii servorum tuorum habitabunt: * et semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri, etc.

VI. PSALM. POEN. 129.

1. De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam.

2. Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Digitized by Google

3. Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine, quis substinebit?

4. Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

5. Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

6. A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israël in Domino.

7. Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

8. Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri. etc.

VII. PSALM. PORN. 142.

1. Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua justitia.

2. Et non intres in Judicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

3. Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

4. Collavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: * et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Digitized by Google

5. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

6. Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velociter exaudi me, Domine: * defecit spiritus meus.

8. Non avertas faciem tuam a me: * et similis ero descendentibus in lacum.

9. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi.

10. Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

11. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

12. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

13. Educes de tribulatione animam meam: * et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

14. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: * quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Digitized by Google

PRÆPARATIO

ET PRECES

ANTE S. COMMUNIONEM.

Sanctissimi hujus Sacramenti dignitos merito postulat, ut ad id se quisque bene praeparet; hinc congere quidquid potes, neque tempori, neque labori parce. Excita te ad devotionem hisce interrogationibus.

Quis est, qui ad me venit?

Quis ego sum, qui ad eum vado?

Quomodo ad me venit?

Quomodo ad eum vado, et quomodo a me sumendus?

Quare ad me venit:

Venit, ut omne genus obsequii mihi praestet; amantissimi Patris, boni Pastoris, Consiliarii, Magistri, Medici, Advocati, Consolatoris, Redemptoris, Amici, etc.

Cur ad eum vado?

Ut ab eo recipiar in gratiam filius Prodigus, dirigar, instruar, saner, etc.

Digitized by Google

Actus Fidei, Spei, etc. p. 70.

ORATIO.

Domine, qui dixisti: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.* Ecce venio ad te magno miseriarum, peccatorum, atque angustiarum pondere pressus; refice me igitur, et omnes iniquitates meas dele.

Venio ad te, ut dem tibi delicias tuas: quia deliciae tuae esse cum filiis hominum.

Venio in verbo tuo: quia tu jubes. Venio ad te in unione Amoris, quo pro me mori dignatus es.

Venio, ut a te saner ab omnibus languoribus meis, atque ut mihi des cor novum, et spiritum novum.

Venio, ut tibi placeam, paratus tibi servire, pati, agere pro majori tuâ Gloriâ, et meâ, proximique salute, quaecumque jusseris, suaseris per te, et per Superiores meos.

Venio, ut mihi, et omnibus, nominatim Pontifici, Episcopis, Pastoribus, Principibus Christianis, Benefactoribus, amicis, et inimicis meis, et illis qui se, aut sua meis precibus commendarunt, impetrem gratiam, quam vides fore efficacem, ad evitanda quaevis mala,

Digitized by Google

ad exercenda quaevis bona, ad patienter ferenda quaevis adversa.

Venio, ut omnibus Fidelibus defunctis, praesertim NN. et aliis, pro quibus orare teneor, requiem aeternam cito donare digneris.

Venio, ut in Sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Venio, ut satisfaciam pro injuriis tibi toties illatis in hoc Venerabili Sacramento.

Venio denique, ut te laudem et glorificem: quia tu solus dignus es, accipere omnem laudem, et gloriam, et benedictionem.

Adeste igitur Cherubim et Seraphim, omnes Sancti, et Sanctae Dei intercedite pro me, laudate Dominum mecum.

Adoro te devote etc. p. 69.

Oratio S. Bernardi.

AD BEATISSIMAM VIRGINEM.

Per te accessum habeamus ad Filium, ô benedicta Inventrix gratiae, Genitrix vitae, Mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostrae corruptionis, et humilitas Deo tam grata nostrae veniam impetret

Digitized by Google

vanitati: copiosa charitas tua nostrorum coôperiat multitudinem peccatorum, et fœcunditas tua gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorum. Domina nostra, Mediatrix nostra, tuo Filio nos reconcilia tuo, Filio nos commenda, tuo Filio nos repraesenta. Fac ô benedicta, per gratiam, quam invenisti, per misericordiam, quam peperisti, ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis et miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ et beatudinis suæ, Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia benedictus in sæcula. Amen.

Oratio ad S. Josephum.

O Beatissime Joseph! quanta tibi a Deo gratia concessa est: quod unigenitum ejus Filium in carne (quem tot Reges videre frustra exoptarunt) non tantum videris, sed et brachiis paterno affectu amplexus fueris? utinam ego hoc tuo exemplo inflammatus, et patrocinio adjutus Dominum ac Redemptorem meum Christum Jesum simili amoris ac reverentiæ affectu complectar in sanctissimo Altaris Sacramento, quo merear

Digitized by Google

eumdem posthac æternum complecti in cœlis. Amen.

Catologus precum ante Communionem, si vacat.

Pange lingua. *p.* 61. Lauda Sion. *p.* 67. Litaniæ de S. Nomine Jesu. *p.* 54. Veni Sancte Spiritûs et emitte. *p.* 47.

In ipso ad Sacram Communionem accessu.

Domine Jesu Christe, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, et in me velut in sordido stabulo habites ac requiescas. Propitius esto mihi peccatori vilissimo, et indigno hâc Mensâ tuâ sanctissimâ. O Jesu! Manna dulcissimum, refice languidam et esurientem animam meam, ut in te vivam, et in te moriar.

In ipsa sumptione Sacrae Hostiae mente non ore dic:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat et animam meam in vitam æternam. Amen.

Digitized by Google

PRECES

POST

S. COMMUNIONEM.

I. *Oratio S. Thomae Aquinatis.*

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed solâ dignatione Misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Te deprecor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura Fidei, et scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio: concupiscentiæ et libidinis exterminatio: charitatis et patientiæ, humilitatis et obedientiæ augmentatio; contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium quam invisibilium, firma defensio; motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio; in te

Digitized by Google

uno ac vero Deo firma adhæsio, atque mei finis felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo, et Spiritu Sancto, Sanctis tuis es Lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eumdem Christum, etc.

II. *Oratio S Bonaventurae.*

Transfige, dulcissime Domine Jesu! medullas et viscera animæ meæ suavissimo, ac saluberrimo Amoris tui vulnere, vera, serenaque et Apostolica sanctissima charitate; ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui: te concupiscat, et deficiat in atria tua: cupiat dissolvi, et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat Panem Angelorum, Refectionem animarum sanctarum, Panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis. Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum; et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ et scientiæ, fon-

Digitized by Google

tem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domûs Dei: te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur, in laudem et gloriam Nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverentia usque in finem: et tu sis solus semper spes mea, fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquilitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, possessio mea, et thesaurus meus, in quo fixa et firma, et immobiliter semper sit radicata mens mea, et cor meum. Amen.

III. *Oratio.*

Ineffabilem Misericordiam tuam, Domine Jesu Christe, humiliter exoro, ut hoc Sacramentum Corporis et Sanguinis tui, quod indignus suscepi, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina vitæ,

Digitized by Google

sit memoria tuæ Passionis, sit contra debilitatem fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, revertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, et perseverantem me in gloriam introducat. O altissime Deus! beatissima præsentia Corporis et Sanguinis tui sic immutet palatum cordis mei, ut præter te nullam umquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam desideret consolationem, nullam admittat umquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui vivis et regnas cum Deo, etc.

Anima Christi, etc. *p.* 134.

Cant. Simeonis.

1. Nunc dimittis servum tuum Domine, * secundum verbum tuum in pace:

2. Quia viderunt oculi mei: * salutare tuum,

3. Quod parasti * ante faciem omnium populorum.

4. Lumen ad revelationem Gentium, * et gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri, etc.

Te Deum laudamus, etc. *p.* 26.

Digitized by Google

PRECES

Ad lucrandas (*tam intra, quam extra tempus Jubilaei*) plenarias indulgentias, vel sibi, vel animabus in Purgatorio applicandas.

Oratio praeparatoria.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus misericordiâ a peccatis omnibus, aeternaeque damnationis reatu me absolutum confido, quamvis temporalibus pœnis obnoxius permaneam : cum vero his diluendis opera mea non sufficiant, ad inexhaustum meritorum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi sanctorumque thesaurum confugio, ut hujus abundantiâ tenuitati et indigentiae meae subveniatur. Promptum me ad omnia, quæ hunc in finem praestanda sunt, offero. Suscipe ea, ó Pater misericordiarum ! in unione Passionis et Mortis ejusdem Filii tui, plenariaeque hujus indulgentiae me, licet indignum, fac participem. Amen.

Pater noster. Ave Maria, etc.

Digitized by Google

I. *Oratio ad Deum Patrem, pro exaltatione S. Matris Ecclesiae.*

Memento, ô Pater aeterne! congregationis tuae, quam possedisti ab initio. Agnosce Ecclesiam velut Sponsam unigeniti Filii tui, pro qua ipse Sanguinem suum profundere non dubitavit; hanc, obsecro, sanctitatis decore, gratiarum opibus, et haereditatis amplitudine ita exalta, ut digna compareat tali Sponso, tantoque redemptionis pretio. Respice benigne ejusdem sanctae Matris filios, eorumque numero universas gentes associa, ut omnes te Deum Patrem, et, quem misisti, Jesum Christum, una cum sancto Spiritu, fide viva agnoscant, spe firma invocent, et charitate perfecta complectantur. Amen.

Pater noster. Ave Maria, etc.

℣. Vide Domine, et visita vineam istam.

℟. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua.

OREMUS.

Respice, quaesumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit ma-

Digitized by Google

nibus tradi nocentium, et Crucis subire tormentum. Qui tecum vivit, etc.

II. *Oratio ad Deum Filium, pro extirpatione Haeresum.*

O Jesu lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Fac, oro, per inaestimabilem Passionis et Mortis tuae virtutem, ut pulsis haeresum, et errorum tenebris, veritatis tuae lumen omnes amplectantur, et in optatum Ecclesiae tuae gremium confluant. O Pastor bone! qui animam tuam pro ovibus tuis posuisti, gregem tuum protege, et contra vim insidiasque eorum defende, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Fac, ut unum omnes pastorem admittant, et unum omnium sit ovile. Mane nobiscum, Domine, quoniam dixisti: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Ostende Ecclesiam tuam aedificatam esse super petram, et portas inferi non praevalere adversus eam. Amen.

Pater noster. Ave Maria, etc.

℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

Digitized by Google

R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

ORemus.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis, securâ tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum, etc.

III. *Oratio ad S. Spiritum pro concordia Christianorum Principum.*

O S. Spritûs! Spiritûs amoris et pacis, qui tot tamque diversas gentes in unitate Fidei congregasti, largire Christianis Principibus, eorumque consiliariis abundantiam tuae gratiæ, novoque charitatis tuae mandato, quod abiens ex hoc mundo discipulis tuis dedisti, eorum corda imbue, ut ex hoc omnes agnoscant, eos in numero electorum tuorum censendos, et Christiano nomine dignos esse. Fac, ne ullâ umquam cupiditate abducti, quidquam moliantur, quod divinae tuae Gloriae concordiaeque Ecclesiae adversetur; sed unitis potius viribus ad pacis aeternae visionem, et cœlestem Hierusalem populum sibi subjectum una secum perducere nitantur. Amen.

Digitized by Google

Pater noster. Ave Maria, etc.
v. Fiat pax in virtute tua.
R. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

Deus, a quo sancta desideria.... Per Dominum nostrum, etc. *p.* 42.

Oratio ad SS. Trinitatem, quâ peractorum operum, ad indulgentias lucrandas praescriptorum, fit oblatio.

Præstitisse nunc videor, ô SS. Trinitas! quæcumque ad plenariam debitarum pœnarum indulgentiam impetrandam præscripta fuerunt. Hæc et multo plura absque eo divinae Majestati tuae, utpote innumeris eidem nominibus obstricti, praestare nos oportuisset. Infinitae Bonitati tuae, profusaeque in nos licet indignissimos Liberalitati tribuendum est, quod tam cumulate vilissima debitae servitutis nostrae opera remunereris. Suscipe ergo, ô SS. Trinitas! a me quomodocumque praestita opera; et fac, ut horum defectus Passione et Morte Domini nostri Jesu Christi, ejusdemque pro nobis pretiosissimo effuso Sanguine suppleantur; atque ita *me*

Digitized by Google

(vel *animam istam*) plenariae hujus indulgentiae fac participem. Pro quo beneficio tibi cœlum et terra mecum laudes et gratiarum actiones cantent, nunc et in perpetuum. Amen.

Pater noster. Ave Maria, etc.

Te Deum laudamus, etc. *p.* 26.

PRECES

PRO

ELIGENDO VITÆ STATU.

I. ORATIO AD DEUM PATREM.

Pro divina sapientia et Spiritu S. impetrando. Ex lib. Sap., cap. 9.

Omnipotens aeterne Deus, qui fecisti omnia verbo tuo, et Sapientiâ tuâ constituisti hominem, mitte illam de sedibus sanctis tuis, et a sede Magnitudinis tuae, ut mecum sit, et mecum laboret; ut sciam, quid acceptum sit apud te. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis poterit cogitare,

Digitized by Google

quid velit Deus? cogitationes enim mortalium timidae, et incertae providentiae nostrae: corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sensum autem tuum quis sciet? nisi tu dederis Sapientiam, et miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis, et sic correctae sint semitae eorum, qui sunt in terris.

II. ORATIO AD JESUM.

Quâ quis se indifferentem ad omnes status offert.

Ecce, mi Jesu, ad omnes status indifferentem me tibi sisto; illum promptus amplector, ad quem tu me vocaveris. Vis, ut de terra mea, de cognatione, de domo patris exeam? paratum cor meum. Nec patria, nec cognati, nec opes, nec voluptates me tenebunt. Vis, ut abdicatis omnibus, in religiosa paupertate, castitate, et obedientia tibi serviam? paratum cor meum. Vis me in Ecclesiastico statu vivere? paratum cor meum. Sed ad hunc, oro, neque viis illicitis me pervenire, neque turpiter in eo sinas vivere; praeproperâ me potius morte ad te ex hoc mundo evoca. Vis

Digitized by Google

ut cœlibem in saeculo vitam, aut honestum conjugium subeam? Da ostensionem beneplaciti tui, paratum cor meum. Ad laeta et tristia, ad suavia et aspera me offero. Tecum paratus sum et in carcerem, et in mortem ire. *Luc.* 22. 33.

III. ORATIO AD BEATAM VIRGINEM.

Ad te, ô Stella maris! inter instabiles hujus vitae fluctus, oculos meos levo. Dirige, ô Mater aeternae lucis! cor meum ad polum suum, Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, et deduc me ad talem vitae statum, in quo eidem Filio tuo digne serviam, et denique optatum cœlestis patriae portum obtineam. Amen.

ORATIO AD ANGELUM CUSTODEM.

O mi Angele! cujus tutelae a Deo sum traditus: ô Dux et Comes peregrinationis meae! adesto mihi in gravissimo hoc salutis meae negotio: ostende viam, quam eligam, ut finem meum, ad quem creatus sum, hoc est, aeternam beatitudinem consequar, et una tecum Deum meum aeternum intueri et laudare mecum. Amen.

Digitized by Google

Oratio pro perseverantia in concepto bono proposito.

O Benignissime Deus! ostendisti mihi viam, in qua ambulem; judicia tua et leges manifestasti mihi, nimirum in statu hoc.. me tibi vis servire: gratiam, oro, impertire, ut huic meo proposito constanter insistam, atque aeternam salutem consequar. Amen.

VESPERÆ PRO DIE DOMINICA.

Pater noster. Ave Maria, etc.
v. Deus in adjutorium meum intende.
R. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, etc.
Ant. Dixit Dominus.
Tempore Paschali adde: Alleluia.

Psalm. 109. *Gloria Christi Messiae hic canitur.*

1. Dixit Dominus Domino meo: * sede a dextris meis,

Digitized by Google

2. Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

3. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion; dominare in medio inimicorum tuorum.

4 Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

5. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: * tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

6. Dominus a dextris tuis, * confregit in die irae tuae reges.

7. Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

8. De torente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, etc.

Ant. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Ant. Fidelia.

Psalm. 110. *Laus Dei ob bona Ecclesiae praestita.*

1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * in concilio justorum et congregatione.

2. Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Digitized by Google

3. Confessio et magnificentia opus ejus: * et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

4. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus: * escam dedit timentibus se.

5. Memor erit in sæculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

6. Ut det illis haeriditatem Gentium: * opera manuum ejus veritas et judicium.

7. Fidelia omnia mandata ejus: * confirmata in saeculum saeculi, facta in veritate et aequitate.

8. Redemptionem misit populo suo: * mandavit in aeternum testamentum suum.

9. Sanctum et terribile nomen ejus: * initium sapientiae timor Domini.

10. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in saeculum saeculi.

Ant. In mandatis.

Digitized by Google

Psalm. 111. *Beati timentes Deum: miseri peccatores.*

1. Beatus vir, qui timet Dominum: * in mandatis ejus volet nimis.

2. Potens in terra erit semen ejus: * generatio rectorum benedicetur.

3. Gloria et divitiae in domo ejus: * et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

4. Exortum est in tenebris lumen rectis: * misericors et miserator et justus.

5. Jucundus homo, qui miseretur et commodat: * disponet sermones suos in judicio: quia in aeternum non commovebitur.

6. In memoria aeterna erit justus: * ab auditione mala non timebit.

7. Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus: * non commovebitur, donec despiciat inimicos suos.

8. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in saeculum saeculi: * cornu ejus exaltabitur in gloria.

9. Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet, et tabescet: * desiderium peccatorum peribit.

Gloria Patri, etc.

Ant. In mandatis ejus cupit nimis,

Ant. Sit nomen Domini,

Digitized by Google

Psalm. 112. *Invitatio ad laudandum Deum.*

1. Laudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.
2. Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.
3. A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.
4. Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cœlos gloria ejus.
5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cœlo et in terra?
6. Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem:
7. Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.
8. Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, etc.

Ant. Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

Ant. Nos qui vivimus.

Psalm. 113. *Miracula Israëlitis a Deo praestita.*

1. In exitu Israël de Ægypto: * Domus Jacob de populo barbaro.

Digitized by Google

2. Facta est Judæa sanctificatio ejus: * Israël potestas ejus.

3. Mare vidit et fugit: * Jordanis conversus et retrorsum.

4. Montes exultaverunt ut arietes: * et colles sicut agni ovium.

5. Quid est tibi mare, quod fugisti: * et tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?

6. Montes exultastis sicut arietes: * et colles sicut agni ovinm.

7. A facie Domini mota est terra, * a facie Dei Jacob.

8. Qui convertit petram in stagna aquarum, * et rupem in fontes aquarum.

9. Non nobis Domine, non nobis, * sed nomini tuo da gloriam.

10. Super misericordia tua, et veritate tua: * ne quando dicant Gentes: Ubi est Deos eorum?

11. Deus autem noster in cœlo: * omnia quæcumque voluit, fecit.

12. Simulacra Gentium argentum et aurum: * opera manuum hominum.

13. Os habent et non loquentur: * oculos habent, et non videbunt

14. Aures habent, et non audient: * nares habent et non odorabunt.

15. Manus habent, et non palpabunt:

Digitized by Google

pedes habent, et non ambulabunt: * non clamabunt in gutture suo.

16. Similes illis fiant qui faciunt ea: * et omnes, qui confidunt in eis.

17. Domus Israël speravit in Domino: * adjutor eorum et protector eorum est.

18. Domus Aaron speravit in Domino: * adjutor eorum et protector eorum est.

19. Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: * adjutor eorum et protector eorum est.

20. Dominus memor fuit nostri: * et benedixit nobis.

21. Benedixit domui Israël: * benedixit domui Aaron

22. Benedixit omnibus, qui timent Dominum, * pusillis cum majoribus.

23. Adjiciat Dominus super vos: * super vos, et super filios vestros.

24. Benedicti vos a Domino: * qui fecit cœlum et terram.

25. Cœlum cœli Domino: * terram autem dedit filiis hominum.

26. Non mortui laudabunt te Domine: * neque omnes, qui descendunt in infernum.

27. Sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

Digitized by Google

Ant. Nos qui vivimus, benedicimus Domino.

CAPITULUM. 2. *Cor.* I.

Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Hymnus per annum.

Lucis Creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordiis lucis novæ,
Mundi parans originem.
Qui mane junctum vesperi
Diem vocari præcipis,
Illabitur tetrum chaos,
Audi preces cum fletibus.
Ne mens gravata crimine,
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.
Cœleste pulset ostium:
Vitale tollat præmium;
Vitemus omne noxium:
Purgemus omne pessimum.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

Digitized by Google

℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in conspectu tuo.
Ant. Ad Magnificat propria.

Canticum B. Maria Virginis Luc. I.

1. Magnificat * anima mea Dominum.
2. Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.
3. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
4. Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.
5. Et misericordia ejus a prognie in progenies * timentibus eum.
6. Fecit potentiam in brachio suo, * dispersit superbos mente cordis sui.
7. Deposuit potentes de sede: * et exaltavit humiles.
8. Esurientes implevit bonis: * et divites dimisit inanes.
9. Suscepit Israël puerum suum: * recordatus misericordiæ suæ.
10. Sicut locutus est ad Patres nostros, * Abraham, et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, etc.

Deinde repetitur Ant.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Digitized by Google

v. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. ʀ. Amen.

Si non canitur completorium, dicitur secreto Pater noster. *Cantatur.*

v. Dominus det nobis suam pacem.

ʀ. Et vitam aeternam. Amen.

Et una ex Antiphonis B. M. V. pro qualitate temporis.

VESPERÆ

IN

FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS.

COMMUNE.

Ant. Dum esset rex accubitu suo nardus mea dedit odorem suavitatis.

Dixit Dominus etc. *p.* 193.

Ant. Laeva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

Laudate pueri etc. *p.* 197.

Ant. Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem: ideo dilexit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

Digitized by Google

Psalm. 121. *Laus et amor urbis Jerusalem.*

1. Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.
2. Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.
3. Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.
4. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.
5. Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.
6. Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem: * et abundantia diligentibus te
7. Fiat pax in virtute tua; * et abundantia in turribus tuis.
8. Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem de te:
9. Propter domum Domini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Jam hiems transiit, imber abiit, et recessit, surge amica mea, et veni.

Psalm. 126. *Vanus labor est sine ope Dei.*

1. Nisi Dominus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Digitized by Google

2. Nisi Dominus custodierit civitatem: * frustra vigilat, qui custodit eam.

3. Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

4. Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hæreditas Domini, filii; merces fructus ventris.

5. Sicut sagittæ in manu potentis: * ita filii excussorum.

6. Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, etc.

Ant. Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis, sancta Dei genitrix.

Psalm. 147. *Adhortatio, ut Ecclesia laudet Deum.*

1. Lauda Jerusalem Dominum: * lauda Deum tuum Sion.

2. Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

3 Qui posuit fines tuos pacem: * et adipe frumenti satiat te.

4. Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

5. Qui dat nivem sicut lanam: * nebulam sicut cinerem spargit.

6. Mittit crystallum suum sicut buc-

Digitized by Google

cellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit.

7. Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

8. Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias et judicia sua Israël.

9. Non fecit taliter omni nationi, * et judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, etc.

Capitum. ECCL. 24.

Ab initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. R. Deo gratias.

HYMNUS.

Ave maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud Ave,
Gabriëlis ore,
Funda nos in pace,
Mittans Evae nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Digitized by Google

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac et castos.
Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collaetemur.
Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magn. Ant. in II. *Vesp.*

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus, all. Magnificat * anima etc. *p.* 201.

In officio B. M. in Sabbato.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ant. Beata mater et intacta Virgo,

Digitized by Google

gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

VERSUS PRO DIVERSITATE FESTORUM.

Festo Conceptionis.

v. Conceptio est hodie sanctae Mariae Virginis

R. Cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias.

Festo Purificationis.

v. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.

R. Non visurum se mortem nisi videret Christum Domini.

Festo Annuntiationis.

v. Ave Maria gratia plena.

R. Dominus tecum.

Festo Visitationis.

v. Benedicta tu in mulieribus.

R. Et benedictus fructus ventris tui.

Festo S. Mariae ad Nives et F. B. Rosarii.

v. Dignare etc. *p.* 206.

Festo Assumptionis.

v. Exaltata est sancta Dei genetrix.

Digitized by Google

℟. Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

Festo Nativitatis.

℣. Nativitas est hodie sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias.

Festo Praesentationis, et in commemoratione B. M. V. de monte Carmelo.

℣. Dignare *p*, 206.

In officio de septem Doloribus.

℣. Regina martyrum ora pro nobis.

℟. Quæ juxta crucem Jesu constitisti.

VESPERÆ COMMUNES
APOSTOL., EVANGELIST. ETC.

I. *Vesperae de Dominica* p. 193. *sed loco ult.*

Psalm. 116. *Ut omnes gentes Deum laudent.*

1. Laudate Dominum omnes gentes; * laudate eum omnes populi;

Digitized by Google

2. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: * et veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, etc.

Iidem psalmi dic, de Mart. et de Conf.

II. *Vesperae.*

Ant. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: * tu es Sacerdos in æternum.

Dixit Dominus. *p.* 193.

Ant. Collocet eum Dominus cum principibus populi sui.

Laudate pueri. *p.* 197.

Ant. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

Psalm. 115. *Deo liberatori gratiae aguntur.*

1. Credidi propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

2. Ego dixi in excessu meo: * omnis homo mendax.

3. Quid retribuam Domino, * pro omnibus quæ retribuit mihi?

4. Calicem salutaris accipiam: * et nomen Domini invocabo.

5. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

6. O Domine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillae tuae.

Digitized by Google

7. Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

8. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Ant. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua.

Psalm. 125. *Gaudium liberatorum a servitate peccati.*

1. In convertendo Dominus captivitatem Sion: * facti sumus sicut consolati.

2. Tunc repletum est gaudio os nostrum: * et lingua nostra exultatione.

3. Tunc dicent inter gentes: * magnificavit Dominus facere cum eis.

4. Magnificavit Dominus facere nobiscum: * facti sumus laetantes,

5. Converte Domine captivitatem nostram, * sicut torrens in Austro.

6. Qui seminant in lacrymis, * in exultatione metent.

7. Euntes ibant et flebant, * mittentes semina sua.

8. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Gloria Patri, etc.

Digitized by Google

Ant. Confortatus est principatus eorum, et honorati sunt amici tui Deus.

Psalm. 128. *Praedicatur Dei omniscientia et provid.*

1. Domine probasti me, et cognovisti me: * tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

2. Intellexisti cogitationes meas de longe: * semitam meam. et funiculum meum investigasti.

3. Et omnes vias meas praevidisti: * quia non est sermo in lingua mea.

4. Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima, et antiqua: * tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

5. Mirabilis facta est scientia tua ex me, * confortata est, et non potero ad eam.

6. Quo ibo a spiritu tuo? * et quo a facie tua fugiam?

7 Si ascendero in cœlum, tu illic es: * si descendero in infernum, ades.

8. Si sumpsero pennas meas diluculo: * et habitavero in extremis maris.

9. Etenim illuc manus tua deducet me: * et tenebit me detera tua.

10. Et dixi: forsitan tenebrae conculcabunt me: * et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Digitized by Google

11. Quia tenebrae non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur, * sicut tenebrae ejus, ita et lumen ejus.

12. Quia tu possedisti renes meos, * suscepisti me de utero matris meae,

13. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: * mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

14. Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: * et substantia mea in inferioribus terrae.

15. Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: * dies formabuntur, et nemo in eis.

16. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: * nimis confortatus est principatus eorum.

17. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur: * exurrexi, et adhuc sum tecum.

18. Si occideris Deus peccatores; * viri sanguinum declinate a me.

19. Quia dicitis in cogitatione: * Accipient in vanitate civitates tuas.

20. Nonne qui oderunt te Domine, oderam: * et super inimicos tuos tabescebam?

21. Perfecto odio oderam illos: * et inimici facti sunt mihi.

22. Proba me Deus, et scito cor meum, *

Digitized by Google

interroga me, et cognosce semitas meas.

23. Et vide, si via iniquitatis in me est: * et deduc me in via aeterna.

Gloria Patri, etc.

CAPITULUM. *Ephes.* 2. 19.

Fratres, jam non estis hospites et advenæ: sed estis cives Sanctorum et domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. ℟. Deo gratias.

HYMNUS.

Exultet orbis gaudiis,
Cœlum resultet laudibus;
Apostolorum gloriam
Tellus et astra concinunt.
Vos sæculorum Judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite voces supplicum.
Qui templa cœli clauditis,
Serasque verbo solvitis,
Nos a reatu noxios
Solvi jubete, quæsumus.
Præcepta quorum protinus
Languor salusque sentiunt:

Digitized by Google

Sanate mentes languidas;
Augete nos virtutibus.
Ut, cum redibit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Concedat esse compotes.
Patri simulque Filio,
Tibique Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter,
Sæculum per omne gloria. Amen.

In I. *Vesp.* v. In omnem terram exivit sonus eorum.

R. Et in fines terræ verba eorum.

In II. v. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Mag: *Ant.* Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente, et accipietis regnum æternum, all.

Magnificat, etc. *p.* 201.

Apostolorum, Evangelistarum et Martyrum in II. *Vesp.*

TEMPORE PASCHALI.

Dixit Dominus, etc. *p.* 193.
Laudate pueri, etc. *p.* 197.
Credidi propter, etc. *p.* 209.
In convertendo, etc. *p.* 210.
Domine probasti, etc. *p.* 211.
Pro Martyre *Vesp. de Dom., sed loco ult.* Credidi, *p.* 193.

Digitized by Google

De Apostolis.

HYMNUS.

Tristes erant Apostoli
De Christi acerbo funere,
Quem morte crudelissimâ
Servi necârant impii.
Sermone verax Angelus
Mulieribus prædixerat:
Mox ore Christus gaudium
Gregi feret fidelium.
Ad anxios Apostolos
Currunt statim dum nuntiae,
Illæ micantis obvia
Christi tenent vestigia.
Galilææ ad alta montium
Se conferunt Apostoli;
Jesuque voti compotes,
Almo beantur lumine.
Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium;
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

Digitized by Google

De uno Martyre.

HYMNUS.

Deus, tuorum militum
Sors et Corona præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbuta felle deputans,
Pervenit ad Cœlestia.

Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Fundensque pro te sanguinem.
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici
Te poscimus piissime;
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

Deo Patri sit gloria, p. 215.

Sed extra tempus pachale loco: Deo Patri, etc.

Laus et perennis gloria
Patri sit, atque Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Nativitate Domini pro: Laus et perennis:

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine

Digitized by Google

Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

De pluribus Martyribus.

HYMNUS.

Rex gloriose Martyrum,
Corona confitentium,
Qui respuentes terrea
Perducis ad cælestia.

Aurem benignam protinus
Intende nostris vocibus:
Trophaea sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis inter Martyres,
Parcisque Confessoribus:
Tu vince nostra crimina,
Largitor indulgentiae.

Deo Patri sit gloria, *p.* 215.

In I. *Vesp.* ℟. Sancti et justi in Domino gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi, alleluia.

In II. *Vesp.* ℣. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

℟. Mors sanctorum ejus, alleluia.

Digitized by Google

Unius Martyris.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

Vesperae de Dominica. *p.* 193. *Sed loco ult.* Credidi. *p* 209.

HYMNUS. — Deus tuorum, etc, *p.* 216.

v. Justus ut palma florebit.

R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Psalmi de Conf., Pontif. sunt Domin. p. 193., *sed loco ult.* Memento.

Psalm. 131. *Oratio, ut Deus templum (animam) inhabitet.*

1. Memento Domine David * et omnis mansuetudinis ejus.

2. Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob:

3. Si introiero in tabernaculum domus meae, * si ascendero in lectum strati mei:

4. Si dedero somnum oculis meis, * et palpebris meis dormitationem:

5. Et requiem temporibus mei: donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

6. Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in compis silvae.

7. Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Digitized by Google

8. Surge Domine in requiem tuam, * tu et arca sanctificationis tuae.

9. Sacerdotes tui induantur justitiam: * et sancti tui exultent.

10. Propter David servum tuum, * non avertas faciem Christi tui.

11. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

12. Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimonia mea haec, quae docebo eos:

13. Et filii eorum usque in saeculum, * sedebunt super sedem tuam.

14. Quoniam elegit Dominus Sion: * elegit eam in habitationem sibi.

15 Haec requies mea in saeculum saeculi: * hic habitabo, quoniam elegi eam.

16. Viduam ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus saturabo panibus.

17. Sacerdotes ejus induam salutari: * et sancti ejus exultatione exultabunt.

18. Illuc producam cornu David, * paravi lucernam Christo meo.

19. Inimicos ejus induam confusione: * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria Patri, etc.

HYMNUS.

Iste Confessor Domini, colentes,

Digitized by Google

Quem pie laudant populi per orbem,
Hac die lætus meruit beatas
Scandere Sedes.

Si non est dies obitus dicatur.

Hac die lætus meruit supremos laudis (honores.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus
Sobriam duxit sine labe vitam,
Donec humanos animavit auræ,
Spiritus artus.

Cujus ob praestans meritum frequenter
Ægra, quæ passim jacuêre membra,
Viribus morbi domitis, saluti
Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obsequentem
Concinit laudem, celebresque palmas:
Ut piis ejus precibus juvemur,
Omne per ævum.

Sit salus illi decus, atque virtus,
Qui super cœli solio coruscans,
Totius mundi seriem gubernat,
Trinus, et unus. Amen.

In I. *Vesp.* v. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. ʀ. Stolam gloriæ induit eum.

In II *Vesp.* v. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

ʀ. Et ostendit illi regnum Dei.

Psalmi de Conf., non Pont. sunt Domin. p. 193., *sed loco ult.* Laudate *p.* 208.

Item. ʜʏᴍɴᴜs. Iste Confessor. *p.* 219.

Digitized by Google

De Virginibus.

Psalmi Vesp. sunt B. Virginis *p.* 202.

HYMNUS.

Jesu, corona Virginum,
Quem Mater illa concipit:
Quæ sola Virgo parturit:
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia.
Septus choreis Virginum,
Sponsus decorus gloriâ,
Sponsisque reddens præmia.
Quocumque tendis, Virgines
Sequuntur, atque laudibis
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Virtus honor, laus, gloria
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Temp. pasch. canitur pro Virtus honor:
Deo Patri sit gloria, *p.* 215.

℣. Specie tuâ, et pulchritudine tuâ.
℟. Intende, prospere procede, et regna.

Digitized by Google

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Psalmi sanctarum Martyrum tantum, et nec Virginum nec Martyrum in utrisque Vesp. sunt B. Virg. p. 202.

HYMNUS.

Fortem virili pectore
Laudemus omnes feminam,
Quæ sanctitatis gloriâ
Ubique fulget inclytâ.
Hæc sancto amore saucia,
Dum mundi amorem noxium
Horrescit, ad cœlestia.
Iter peregit arduum.
Carnem domans jejuniis
Dulcique mentem pabulo
Orationis nutriens,
Cœli potitur gaudiis.
Rex Christe, virtus fortium,
Qui magna solus efficis.
Hujus precatu quæsumus;
Audi benignus supplices.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

Tempore paschali:

Deo Patri sit gloria *p.* 215.

Digitized by Google

In festo Dedicationis Ecclesiae.

Psalmi Vesp sunt Dominicæ p. 193. *sed loco ult.* Lauda Jerusalem *p.* 204.

HYMNUS.

Cœlestis urbs Jerusalem,
Beata pacis visio,
Quae celsa de viventibus,
Saxis ad astra tolleris.
Sponsaeque ritu cingeris
Mille Angelorum millibus.
O sorte nupta prosperâ,
Dotata Patris gloria,
Respersa Sponsi gratiâ,
Regina formosissima,
Christo jugata Principi,
Cœli corusca civitas!
Hic margaritis emicant,
Patentque cunctis ostia:
Virtute namque praevia
Mortalis illuc ducitur,
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.
Scalpri salubris ictibus,
Et tunsione plurima,
Fabri polita malleo
Hanc saxa molem construunt,
Aptisque juncta nexibus
Locantur in fastigio.

Digitized by Google

Decus Parenti debitum
Sit usquequaque altissimo,
Natoque Patris unico,
Et inclyto Paraclito
Cui laus, potestas, gloria,
Æterna sit per saecula. Amen.

℣. Haec est domus Domini firmiter aedificata.

℟. Bene fundata est supra firmam petram.

Ant. O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cœli.

℣. Domum tuam Domine decet sanctitudo. ℟. In longitudinem dierem.

OREMUS.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis repraesentas incolumes: exaudi preces populi tui, et praesta, ut quisquis hoc Templum beneficia perituros ingreditur, cuncta se imperrasse laetetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Digitized by Google

QUÆDAM PROPRIA

DE

TEMPORE

QUOAD PSALMOS, HYMNOS, VERSICULOS ET ORATIONES IN VESPERIS DOMINICIS ET FESTIVIS.

In Adventu.

HYMNUS.

Creator alme siderum,
Æterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicum.
Qui dæmonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus languidi,
Mundi medela factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiares, ad Crucem
E Virginis Sacrario
Intacta prodis victima.
Cujus potestas gloriæ,
Nomenque cum primum sonat;
Et cœlites, et inferi
Tremente curvantur genu.

Digitized by Google

Te deprecamur ultimæ;
Magnum diei Judicem,
Armis supernæ gratiæ
Defende nos ab hostibus.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum.

℟. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

OREMUS.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam et veni, ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante, salvari. Qui vivis, et regnas, etc.

Psalmi in Nativitate Domini et quatuor seq. festis cum proxima Dominica.

Dixit, *p.* 193. Confitebor, *p.* 194. Beatus vir, *p.* 196. De profundis, *p.* 173. Memento, *p.* 218.

Digitized by Google

HYMNUS A NATIVITATE DOMINI USQUE AD EPIPHANIAM.

Jesu Redemptor omnium,
Quem, lucis ante originem,
Parem paternae gloriae
Pater supremus edidit.
Tu lumen, et splendor Patris,
Tu spes perennis omnium,
Intende, quas fundunt, preces,
Tui per orbem servuli.
Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis.
Sacratâ ab alvo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.
Testatur hoc praesens dies,
Currens per anni circulum,
Quod solus e sinu Patris,
Mundi, salus adveneris.
Hunc astra, tellus, aequora,
Hunc omne, quod cœlo subest,
Salutis Auctorem novae,
Novo salutat cantico.
Et nos, beata quos sacri
Rigavit unda Sanguinis,
Natalis ob diem tui,
Hymni tributum solvimus
Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,

Digitized by Google

Cum Patre, et almo Spirutu,
In sempiterna saecula. Amen.
v. Notum fecit Dominus. Alleluja.
R, Salutare suum. Alleluja.

In Circumcisione Domini.

Psalm. De B. V. *p.* 202.
HYMNUS. Jesu Redemptor. *p.* 227.
In Epiphania Psalm. dixit Dom. p. 193.

HYMNUS AB EPIPHANIA USQUE AD SECUNDAM DOMINICAM POST.

Crudelis Herodes, Deum
Regem venire, quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.
Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes praeviam,
Lumen requirunt lumine:
Deum fatentur munere.
Lavacra puri gurgitis
Cœlestis Agnus attigit:
Peccata quae non detulit,
Nos abluendo sustulit.
Novum genus potentiae,
Aquae rubescunt hydriae,
Vinumque jussa fundere.
Mutavit unda originem,

Digitized by Google

Jesu, tibi sit gloria,
Qui apparuisti gentibus,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

v. Reges Tharsis et Insulae munera offerent.

R. Reges Arabum et Saba dona adducent.

OREMUS.

Deus qui hodiernâ die Unigenitum tuum gentibus stellâ duce revelasti: concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. Per eumdem Dominum nostrum, etc.

A Dominica prima Quadragesima.

HYMNUS.

Audi, benigne Conditor,
Nostras preces cum fletibus,
In hoc sacro jujenio,
Fusas quadragenario.

Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium:
Ad te reversis exhibe
Remissionis gratiam.

Multum quidem peccavimus,
Sed parce confitentibus:

Digitized by Google

Ad nominis laudem tui
Confer medelam languidis.
Concede nostrum conteri,
Corpus per abstinentiam:
Culpae ut relinquant pabulum
Jejuna corda criminum.
Praesta beata Trinitas,
Concede simplex Unitas;
Ut fructuosa sint tuis
Jejuniorum munera. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandavit de te.
℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

A Dominica Passionis usque ad vigilias Paschatis.

HYMNUS.

Vexilla Reges prodeunt:
Fulget Crucis Mysterium,
Quâ vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quae vulnerata lanceae
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit undâ et sanguine.
Impleta sunt, quae concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus,
Regnavit a ligno Deus.

Digitized by Google

Arbor decora et fulgida,
Ornata Regis purpurâ,
Electa digno stipete,
Tam sancta membra tangere.
Beata, cujus brachiis
Pretium pependit saeculi,
Statera facta corporis,
Tulitque praedam tartari.
O Crux ave spes unica,
Hoc Passionis tempore;
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te, fons salutis Trinitas,
Collaudet omnis Spiritus,
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde praemium. Amen.

℣. Eripe me Domine ab homine malo.

℟. A viro iniquo eripe me.

In Paschate sequentia.

Victimae paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oves; Christus innocen Patri reconciliavit peccatores.

Mors et vita duello conflixêre miran-do: Dux vitae mortuus regnat vivus.

Dic nobis, Maria, quid vidisti in via?

Sepulcrum Christi viventis, et gloriam vidi resurgentis;

Digitized by Google

Angelicos testes, sudarium et vestes.
Surrexit Christus spes, mea: praece-et vos in Galilaeam.
Scimus Christum surrexisse a mortuis vere; tu nobis victor, rex miserere.
Amen, Alleluia.
Psalm. Vesp. sunt Dominicæ. p. 193.

A Sabbato ante Dominicam in Albis usque ad Ascensionem Domini.

HYMNUS.

Ad regias Agni dapes
Stolis amicti candidis,
Post transitum maris rubri
Christo canamus Principi.
Divina cujus charitas
Sacrum propinat Sanguinem,
Almique membra corporis
Amor Sacerdos immolat.
Sparsum cruorem postibus
Vastator horret Angelus:
Fugitque divisum mare:
Merguntur hostes fluctibus.
Jam Pascha nostrum Christus est
Paschalis idem victima:
Et pura puris mentibus,
Sinceritatis azyma.
O vera cœli Victima,
Subjecta cui sunt tartara,

Digitized by Google

Soluta mortis vincula,
Recepta vitae praemia.
Victor subactis inferis
Trophaea Christus explicat,
Cœloque aperto subditum,
Regem tenebrarum trahit.
Ut sis perenne mentibus p. 215.
℣. Mane nobiscum Domine, Allel.
℟. Quoniam advesperascit, Allel.

In Ascensione Domini.

Psalmi Vesp. sunt Dom. p. 193. *sed loco ult.* Laudate Dominum, p. 208.

HYMNUS.

Salutis humanæ Sator,
Jesu voluptas cordium,
Orbis redempti Conditor,
Et casta Lux amantium;
Quâ victus es clementiâ,
Ut nostra ferres crimina;
Mortem subires innocens,
A morte nos ut tolleres?
Perrumpis infernum chaos,
Vinctis catenas detrahis,
Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris sedes.
Te cogat indulgentia,
Ut damna nostra sarcias,

Digitized by Google

Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.
Tu dux ad astra, et semita,
Sis meta nostris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

Ant. O Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cœlos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos: sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis, Alleluja.

℣. Dominus in cœlo, Alleluja.
℟. Paravit sedem suam, Alleluja.

OREMUS.

Concede, quæsumus omnipotens Deus, ut qui hodiernâ die Unigenitum tuum, Redemptorem nostrum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus Per eumdem Dominum, etc.

In festo Pentecostes.

Psalmi Vesp. Domin. p. 193, *cum Hymno* Veni Creator, *p.* 46.

℣. Loquebantur variis linguis Apostoli, Alleluja.
℟. Magnalia Dei, Alleluja.

Digitized by Google

In festo SS. Trinitatis.

Psalmi Vesp. Domin p. 193., *cum Hymno* Jam sol recedit *p.* 25.

In festo Corporis Christi.

Dixit Dominus, *p.* 193. Confitebor, *p.* 194. Credidi, *p.* 209.

Psalm. 127. *Justi multis replentur bonis*

1. Beati omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

2. Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, et bene tibi erit.

3. Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domûs tuæ.

4. Filii tui sicut novellæ olivarum, * in circuitu mensæ tuæ.

5 Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

6. Benedicat tibi Dominus ex Sion: * et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ meæ.

7. Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israël.

Gloria Patri, etc.

Lauda Jerusalem, *p.* 204.

HYMNUS. — Pange lingua, *p.* 61.

Digitized by Google

AD COMPLETORIUM.

Psalm. 5. *In adversis soli Deo fidendum.*

1. Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

2. Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

3 Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?

4. Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

5. Irascimini, et nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compugimini.

6. Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

7. Signatum est super nos lumen vultûs tui Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

8. A fructu frumenti, * vini et olei sui multiplicati sunt.

Digitized by Google

9. In pace in idipsum * dormiam et requiescam.

10. Quoniam tu Domine singulariter in spe: *constituisti me.

Gloria Patri, etc.

Psalm. 30. *Oratio in persecutione.*

1. In te Domine speravi, non confundar in æternum: * in justitia tua libera me.

2. Inclina ad me aurem tuam: * accelera, ut eruas me.

3. Esto mihi in Deum protectorem: et in domum refugii, * ut salvum me facias.

4. Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: * et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.

5. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: * quoniam tu es protector meus.

6. In manus tuas commendo spiritum meum: * redemisti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri, etc.

Psalm. 90. Qui habitat, *p.* 104.

Digitized by Google

Psalm. 133. *Laudent omnes Deum, ut benedicanter.*

1. Ecce nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini.
2. Qui statis in domo Domini: * in atriis domus Dei nostri.
3. In noctibus extollite manus vestras in sancta: * et benedicite Dominum.
5. Benedicat te Dominus ex Sion: * qui fecit cœlum et terram.

Gloria Patri, etc.

HYMNUS. Te lucis ante terminum. *p.* 12.

Nunc dimittis servum, *p.* 184.

ANTIPHONÆ DE BEATA MARIÆ.

A Vesp. Sabbati ante Dom. primam Adventus, usque ad Purificationem.

Alma Redemptoris mater, quæ pervia cœli
Porta manes, et stella maris, succure cadenti.
Surgere qui curat, populo: tu quae genuisti.
Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,

Digitized by Google

Virgo prius ac posterius: Gabriëlis ab ore.
Sumens illud ave, peccatorum miserere.

In Adventu.

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

OREMUS.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut, qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

A vesp. Nativitatis

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.
℟. Dei Genetrix intercede pro nobis.

Post Purificationem usque ad feriam V in Cœna Domini.

Ave Regina Cœlorum,
Ave Domina Angelorum:
Salve radix, salve porta,

Digitized by Google

Ex qua mundo lux est orta:
Gaude virgo gloriosa,
Super omnes speciosa:
Vale ô valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

A Sabbato sancto usque ad Non. Sab. post Pentecosten. excl.

Regina Cœli lætare, Alleluja.
Quia quem meruisti portare. Alleluja.
Resurrexit sicut dixit, Alleluja.
Ora pro nobis Deum, Alleluja.

v. Gaude et lætare Virgo Maria, Alleluja.

R. Quia surrexit Dominus vere, Alleluja.

OREMUS.

Deus, qui per Resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es, præsta quæsumus, ut per ejus Genitricem, Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ: Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

v. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Digitized by Google

A Completorio Sabbati post Pentecosten, usque ad Adventum, Antiphona.

Salve Regina, Mater Misericordiae: vita, dulcedo, et spes nostra salve. Ad te clamamus exules, filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti: da, ut cujus commemoratione laetamur, ejus piâ intercessione ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium, etc.

Digitized by Google

PRECES PRO INFIRMIS.

ETIAM A SANO QUOVIS SÆPIUS RECITANDÆ.

Testamentum hominis Christiani.

In nomine Sanctissimae et individuae Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti Amen.

Ego N.N. animam meam trado in manus Creatoris et Redemptoris sui: corpus terrae, unde exivit, restituendum relinquo: temporalibus bonis, honoribus ac deliciis prompto animo renuntio: te solo Deo, ac Domino meo frui cupio.

De peccatis meis ex animo doleo, maxime istis.... ideo solum, quod te Deum meum, quem super omnia amo, offenderim: seriam emendationem et satisfactionem, tuâ ope praestandam, promitto. Offensas omnes omnibus lubens condono, quod idem ut mihi fiat, humillimme peto. Credo quidquid Ecclesia Catholica mihi credendum proposuit. Spero me per infinitam Misericordiam tuam, mi Deus, remissionem omnium peccatorum, et vitam aeternam

Digitized by Google

consecuturum. Eumdem te, verum Deum meum, trinum in personis, summum et unicum bonum meum amo ex toto corde meo, ex tota anima mea, et ex omnibus viribus meis. Mala perinde, ac bona de manu tua cum gratiarum actione accepto; et me totum divinae Providentiae tuae, sanctissimoque Arbitrio committo

Hanc ultimam voluntatem meam roborari et confirmari peto testimonio et auxilio vestro, ô S. Maria! ô S. Joseph! ô S. Angele custos! ô S. Barbara! ô SS. Patroni mei N. N. Adeste, obsecro, piis desideriis, ac votis clientis vestri. N.N.

Quaestiones aegro proponendae.

1. Numquid hunc morbum grato animo de manu Dei accipit? R. Omnino.

2. Numquid ad moriendum aeque ac vivendum, juxta Dei voluntatem, paratus est? R. Omnino.

3. Numquid impatientia, in doloribus forte ostensa, est contra voluntatem vestram? R. Omnino.

4. Numquid omnibus, a quibus umquam est offensus, ex animo ignoscit? R. Omnino.

Digitized by Google

5. Numquid etiam sibi ab omnibus ignosci perit, quos umquam offendit? R. Omnino.

6. Numquid ex animo dolet, quod Deum, summum bonum, umquam offenderit? R. Omnino.

7. Numquid libenter omnia, ad quae tenetur, praestare cupit? R. Omnino.

8. Numquid omnia credit, quae Deus nobis per Ecclesiam credenda proponit? R. Omnino

9. Numquid remissionem omnium suorum peccatorum, et vitam aeternam sperat? R. Omnino.

10. Numquid Dominum Deum suum ex toto corde super omnia diligit? R. Omnino.

11. Numquid cupit omnium indulgentiarum, quarum capax est, nunc fieri particeps? R. Omnino.

12. Numquid in agone signum doloris de peccatis suis edere, et ab iis absolvi cupit. R. Omnino.

13. Numquid ingravescente morbo, sacro oleo inungi cupit? R, Omnino.

14. Numquid creditoribus, et quibus ullo modo injuriam fecit, cupit satisfacere? R, Omnino.

15. Numquid Christum animae et corporis sui haeredem instituit? R. Omnino.

Digitized by Google

Hymn. Cœlestis urbs Jerusalem. *p.* 223

Oratio. Pro felice morte, ter dicenda.

Domine Jesu, per amaritudinem tuam, quam sustinuisti in Cruce, maxime quando benedicta Anima tua de Corpore egrediabatur, miserere animae meae in egressu suo. Amen.

In te Domine speravi. *p.* 237. Qui habitat. *p.* 104. Laetatus sum. *p.* 203. Litt. de omnib. Sanctis *p.* 35. Litt. de S. Nomine Jesu *p.* 54. Litt. Vitae et Pass. Jesu Christi *p.* 75. Litt. Lauret *p.* 94. O S. Joseph 97. Stabat Mater *p.* 82. Actus Fidei, Spei et Charit. *p.* 6. Actus Contritionis *p.* 158. Oratio Regis Manassis *p.* 160. Oratio ad B. Virg. *p.* 163. Oratio ad spem excitandam *p.* 112. Symbolum S. Athanasii *p.* 30. Commendatio sui. *p.* 33. Petitio Benedictionis *p.* 34.

N. B. *Adjungere poteris pro devotione tua alias preces* de Angelo Custode, de patrone tuo etc.

Ordo Commendationis animae.

Kyrie eleison.
Christe eleison.

Digitized by Google

Kyrie eleison.
Sancta Maria, Ora pro eo (vel) eâ.
Omnes sancti Angeli, et Archangeli,
Sancte Abel,
Omnis Chorus Justorum,
Sancte Abraham,
Sancte Joannes Baptista,
Omnes SS. Patriarchae, et Prophetae.
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea.
Sancte Joannes,
Omnes SS Apostoli, et Evangelistae,
Omnes Sancti Discipuli Domini,
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Omnes SS. Martyres,
Sancte Sylvester,
Sancte Gregori,
Sancte Augustine,
Omnes SS. Pontifices, et Confessores,
Sancte Benedicte,
Sancte Francisce,
Omnes sancti Monarchi, et Eremitæ,
Sancta Lucia,
Omnes Sanctæ Virgines, et Viduæ,
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro eo (vel) eâ.
Propitius esto, parce ei Domine.
Propitius esto, libera eum Domine.

Ora (orate pro eo (vel) eâ.

Digitized by Google

Ab ira tua, libera eum Domine.
A periculo mortis,
A mala morte,
A pœnis inferni,
Ab omni malo,
A potestate diaboli,
Per Nativitatem tuam,
Per Crucem et Passionem tuam,
Per Mortem et Sepulturam tuam,
Per gloriosam Resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascensionem tuam,
Per gratiam Spiritûs Sancti Paracliti,
In die Judicii,
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut ei parcas, Te rogamus audi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Libera eum (vel) eam Domine.

ORATIO.

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo, in Nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in Nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in Nomine Spiritûs Sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum et Archangelorum: in nomine Thronorum et Dominationum: in nomine Principatuum et Potestatum: in nomine Che-

Digitized by Google

rubim et Seraphim: in nomine Patriarcharum et Prophetarum: in nomine sanctorum Apostolorum et Evangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum et Confessorum: in nomine sanctorum Monarchorum et Eremitarum: in nomine sanctarum Virginum et omnium Sanctorum, et Sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

ORATIO.

Deus, misericors, Deus clemens, Deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccatum pœnitentium deles, et præteritorum criminum culpas veniâ remissionis evacuas; respice propitius super hunc famulum tuum N. et remissionem omnium peccatorum suorum totâ cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piissime Pater! quidquid terrenâ fragilitate corruptum, vel quidquid diabolicâ fraude violatum est; et unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lacrymarum ejus, et non habentem fiduciam, nisi in tua miseri-

Digitized by Google

cordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, charissime frater! et ei, cujus es creatura, committo, ut, cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore splendidus Angelorum cœtus occurrat: judex Apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant qui oderunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit

Digitized by Google

cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei: et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareæ legiones, et miuistri Sàtanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te a Cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus, Filius Dei vivi, intra paradisi sui semper amœna virentia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat; atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, et praesens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum. R. Amen.

ORATIO.

Suscipe Domine servum tuum in locum sperandae sibi salvationis a misericordia tua. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui ex omnibus periculis inferni, et de laqueis

Digitized by Google

pœnarum, et ex omnibus tribulationibus. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Henoch et Eliam de communi morte mundi R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Noë de diluvio. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldeorum. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. R. Amen

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Isaac de hostiâ, et de manu patris sui Abrahae. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Loth de Sodomis, et de flamma ignis. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis, Regis Ægyptiorum, R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Daniëlem de lacu leonum. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti tres pueros de camino igneo ardentis, et de manu Regis iniqui. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui,

Digitized by Google

sicut liberasti Susannam de falso crimine. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti David de manu Regis Saül, et de manu Goliae. R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam, virginem et martyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. R. Amen.

Commendamus tibi, Domine, animam famuli tui N. precamurque, te Domine Jesu Christe, Salvator mundi. ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum finibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica Domine animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor, sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum Sanc-

Digitized by Google

tum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris Domine: sed secundum magnam Misericordiam tuam memor esto illius in gloria Claritatis tuae. Aperiantur ei cœli, collaetentur illi Angeli. In regnum tuum Domine servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michaël, Archangelus Dei, qui militiae cœlestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum in civitatem cœlestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni cœlestis traditæ sunt. Adjuvat eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes, electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta cœlestia. Orent pro eo omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti et Electi Dei, qui pro Christi Nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt, ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni cœlestis, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum

Digitized by Google

Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, R. Amen.

Quando excessit anima, dicitur:

Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

v. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te: * Suscipientes animam ejus.

v. Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Deinde Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Postea Pater noster, *secreto.*

v. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

v. Requiem aeternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

v. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

v. Requiescat in pace.

R. Amen.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Tibi, Domine, commendamus ani-

Digitized by Google

mam famuli tui N. ut defunctus saeculo, tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimae Pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD LAUDES PRO DEFUNCTIS.

Ant. Exultabunt Domino.

Miserere *p.* 161. Requiem æternam.

Ant. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Psalm. 64. *Laus Deo ob datam Ecclesiae pacem.*

1. Te decet hymnus Deus in Sion: * et tibi reddetur votum in Jerusalem.

2. Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

3. Verba iniquorum praevaluerunt super nos: * et impietatibus nostris tu propitiaberis.

4. Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: * inhabitabit in atriis tuis.

Digitized by Google

5. Replebimur in bonis domûs tuæ: * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

6. Exaudi nos Deus salutaris noster; * spes omnium finium terræ, et in mari longe.

7. Præparans montes in virtute tua, accinctus potentiâ; * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

8. Turbabuntur gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: * exitus matutini, et vespere delectabis.

9. Visitasti terram, et inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam

10. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: * quoniam ita est præparatio ejus.

11. Rivos ejus inebria, multiplica geninina ejus: * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

12. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * et campi tui replebuntur ubertate.

13. Pinguescent speciosa deserti: * et exultatione colles accingentur.

14. Induti sunt arietes ovium, et valles abundabunt frumento, * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem, etc.

Digitized by Google

Ant. Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Ant. Me suscepit.

Psalm. 62. *Pia animae suspiria et affectus.*

1. Deus Deus meus, * ad te de luce vigilo

2. Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

3. In terra deserta et invia, et inaquosa: * sic in sancto aparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

4. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

5. Sic benedicam te in vita mea: * et in nomine tuo levabo manus meas.

6. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: * et labiis exultationis laudabit os meum.

7. Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

8. Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

9. Ipsi vero in vanum quæsierunt ani-

Digitized by Google

mam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

10. Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua. *Hic non dicitur* Requiem.

Psalm. 66. *Imploratur Misericordia Dei, et Messiae adventus.*

1. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

2. Ut cognoscamus in terra viam tuam, * in omnibus gentibus salutare tuum

3. Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

4. Lætentur et exultent gentes: * quoniam judicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.

5. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes; * terra dedit fructum suum.

6. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam, etc.

Digitized by Google

Ant. Me suscepit dextera tua, Domine.

Ant. A porta inferi.

Canticum Ezechiae Regis. Isaiæ. 38.

Quod est pia et humilis aegrotantis oratio.

1. Ego dixi: In dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

2. Quæsivi residium annorum meorum: * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

3. Non aspiciam hominem ultra: * et habitatorem quietis.

4. Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, * quasi tabernaculum pastorum.

5. Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: * de mane usque ad vesperam finies me.

6. Sperabam usque ad mane: * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

7, De mane usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

8. Attenuati sunt oculi mei * suspicientes in excelsum.

Digitized by Google

9. Domine vim patior, responde pro me: * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

10. Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ,

11. Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me: * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

12 Tu autem eruisti animam meam, ut non periret: * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

13. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

14. Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

15. Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem, etc.

Ant. A porta inferi, erue Domine animam meam.

Ant. Omnis spiritus.

Digitized by Google

Psalm. 148. *Omnes creaturae laudent Deum.*

1. Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelsis.
2. Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.
3. Laudate eum Sol et Luna: * laudate eum omnes stellae et lumen.
4. Laudate eum cœli cœlorum: * et aquae omnes, quae super cœlos sunt, laudent nomen Domini.
5. Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.
6. Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * praeceptum posuit, et non praeteribit.
7. Laudate Dominum de terra: * dracones et omnes abyssi.
8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus.
9. Montes, et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.
10. Bestiae, et universa pecora: * serpentes, et volucres pennatae.
11. Reges terrae, et omnes populi: * principes et omnes judices terrae.
12. Juvenes, et virgines, senes cum

Digitized by Google

junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus soliue.

13. Confessio ejus super cœlum et terram: * et exaltavit cornu populi sui.

14. Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi. *Hic non dicitur* Requiem.

Psalm 149. *Invitatur populus Dei ad gratiarum actionem.*

1. Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in Eccelesia Sanctorum.

2 Laetetur Israël in eo, qui fecit eum, * et filii Sion exultent in Rege suo.

3 Laudent nomen ejus in choro; * in tympano et psalterio psallant ei:

4. Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * et exaltabit mansuetos in salutem.

5. Exultabunt sancti in gloria: * laetabuntur in cubilibus suis.

6. Exaltationes Dei in gutture eorum: * et gladii ancipites in manibus eorum:

7. Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis:

8. Ad alligandos reges eorum in compedibus: * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Digitized by Google

9. Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Requiem.

Psalm. 150. *Deus etiam laudandus instrumentis musicis.*

1. Laudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

2. Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

3. Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio, et cithara.

4. Laudate eum in tympano, et choro: * laudate eum in chordis, et organo.

5. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Requem aeternam, etc.

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum,

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ant. Ego sum.

Digitized by Google

Canticum Zachariae.

1. Benedictus Dominus, etc. *p.* 21.... Requiem aeternam, etc.

Ant. Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS RERUM.

	Pagina
Preces Matutinæ	1
» Vespertinæ. . . .	9
» ad varios actus diei. . .	15
» pro singulis diebus hebdomadæ.	25
Pro die Dominica ad Sanctissimam Trinitatem.	25
Aliæ preces, pro die Dominica, in in honorem omnium Sanctorum.	35
Preces pro Feriâ 2dâ, seu die Lunae de Sancto Spiritû . .	45
Aliae preces die Lunae pro fidelibus Defunctis. . . .	49
Feriâ 3tiâ, seu die Martis, ad Jesum Christum.	53
Feriâ 4tâ, seu die Mercurii, de S. Angelis Custodibus. . . .	59
Feriâ 5tâ, seu die Jovis, de Sanctissimo Sacramento. . . .	61
Feriâ 6tâ, seu die Veneris, ad Jesum crucifixum.	74

Digitized by Google

pagina

Aliae preces Feriâ 6tâ, seu die Veneris, de dolorosa Matre et Virgine Mariâ. 82
Feriâ 7mâ, seu die Sabbati, de B. Virgine Mariâ. 84
Aliae preces die Sabbati de S. Josepho. 97
Preces in privatis et publicis necessitatibus. 102
Preces contra fulmina, tonitrua. ventos aliasque adversas tempestates. 106
Oratio tempore famis. . . . 109
» ad petendam pluviam. . 109
» ad petendam serenitatem. . 109
» in immodicâ tristitiâ. . 110
» In vehementibus corporis doloribus 111
» Ecclesiae pro infirmis. . 111
» ad spem excitandum. . 112
Preces ante Missam, dum templum ingrederis. 113
Preces ante, et post concionem. . 115
Praeparatio cum precibus praeparatoriis ante Missam. . . . 116
Preces sub S. Missae Sacrificium. 119
Praefationes propriae in Missis pro diversitate temp. et fest. . . 142
Preces ante Confessionem. . . 147

Digitized by Google

Pagina

Catalogus peccatorum pro examine conscientiae. 151
Actus contritionis. 158
Preces post Confessionem. . . . 165
Septem psalmi pœnitentiales. . 167
Praeparatio, et preces ante S. Communionem. 176
Preces post S. Communionem. . 181
Preces pro lucrandis indulgentiis. 185
Preces pro eligendo vitae statu. . 190
Vesperae pro die Dominica. . 193
Vesperae in Festis B. Mariae Virginis 202
Vesperae de Communi Apostolorum, Evangelistarum etc. . . 208
Vesperae Apostol., Evangelist. et Martyrum. 214
Vesperae de com. unius Martyris. 218
Vesperarum psalmi de Confessore, non Pont. 220
Vesperarum psalmi de Virginib. . 221
Vesp. psalmi sanctorum Martyrum tantum, et neo Virginum, nec Martyrum. 222
Vesperae in Festo Dedicationis Ecclesiae 223
Quaedam Propria de tempore quo ad psalmos, hymnos versiculos et orationes in Vesperis diebus

Digitized by Google

Pagina

Dominicis et festis per annum secundum ordinem. . . . 225
Psalmi Completorii. . . . 236
Antiphonae cum Vers. et precibus de B. Mariae V. pro diversitate temporum. 238
Preces pro infirmis. . . . 242
Ad Laudes pro Defunctis. . . 255

MONITUM CANTORIBUS.

Psallito devote, distincte membra teneto.
Non vox, sed votum; non musica cor-
(dula, sed cor,
Non clamor, sed amor clangit in au-
(re Dei.
Sit mens sublimis, pes junctus, visus
(in imis,
Dirige cor sursum; bene profer, respice
(sensum.
Dum cor non orat, in vanum lingua
(laborat.
Syncope, discursus, vaga mens præ-
(cepsque loquela,
Tollunt Dominicas meritum dicentibus
(horas.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICUS

Hymnorum, Psalmorum, Canticorum etc.

	Pagina
Actus Spei, Fidei et Charit.	7
Adoro te devote latens Deitas.	69
Ad regias Agni dapes.	232
Alma Redemptoris mater.	238
Ante oculos tuos Domine.	102
Audi benigne Conditor.	229
Ave maris Stella.	205
Ave Regina Cœlorum.	239
Ave verum corpus.	131
Beati, omnes, qui timent Dom.	235
Beati, quorum remissae sunt.	167
Beatus vir, qui timet Dominum.	296
Benedictus Dominus Deus Israël.	21
Cantate Domino canticum novum.	262
Cœlestis urbs Jerusalem.	223
Confitebor tibi Domine in toto corde meo.	194
Creator alme siderum.	225
Credidi propter quod locutus sum.	209
Crudelis Herodes Deum.	228
Cum invocarem exaudivit me Deus.	236
Custodes hominum psallimus Angelos.	59

Digitized by Google

Pagina

De profundis clamavi. . . . 173
Deus, Deus meus, ad te de luce. 257
Deus in ad adjutorium meum intende. 40
Deus misereatur nostri. . . 258
Deus tuornm militum. . . . 216
Dies irae. 49
Dixit Dominus Domino meo. . 193
Domine exaudi orationem meam, auribus. 174
Domine exaudi orationem meam: et clamor. 171
Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere 107
Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Quoniam. 168
Domine probasti me, et cognovisti. 211
Ecce nunc benedicite Dominum. 238
Ego dixi in dimidio dierum meorum. 259
Exultet orbis gaudiis. . . . 213
Fortem virili pectore. . . . 222
In converteudo Dominus. . . 210
In exitu Israël de Egypto. . . 197
In te Domine speravi. . . . 237
Iste confessor Domini. . . . 219
Jam sol recedit igneus. . . 25
Jesu corona Virginum. . . 221

Digitized by Google

Pagina

Jesu dulcis memoria. . . . 57
Jesu Redemptor omnium. . . 227
Judica me Deus 119
Laetatus sum in his quae dicta. . 203
Lauda Jerusalem Dominum. . 204
Lauda Sion Salvatorem. . . 67
Laudate Dominum de cœlis. . 261
Laudate Dominum in sanctis ejus. 263
Laudate Dominum omnes gentes. 208
Laudate pueri Dominum. . . 197
Litaniae de Passione Jesu Christi. 75
Litaniae de Sancto Nomine Jesu. . 54
Litaniae de Venerabili Sacramento. 63
Litaniae Lauretanae. . . . 94
Litaniae omnium Sanctorum. . 35
Litaniae pro infirmis et moribundis. 245
Lucis Creator optime. . . . 200
Magne Joseph, Fili David. . . 100
Magnificat anima mea. . . 201
Memento Domine David. . . 218
Miserere mei Deus . . . 161
Nisi Dominus aedificaverit domum. 203
Nunc dimittis servum tuum Domine. 184
O Deus ego amo Te. . . . 74
Omni die dic Mariae. . . . 85
O sacrum convivium. . . . 62
Pange lingua gloriosi. . . . 61
Praecepta X Decalog. . . . 5
Praecepta Ecclesiae. . . . 6

Digitized by Google

	Pagina
Praefationes in festis. . .	142
Qui habitat in adjutorio Alt.	104
Rex gloriose Martyrum. .	217
Regina cœli laetare. . .	240
Salutis humanae Sator. .	233
Salve Regina. . . .	241
Stabat Mater dolorosa. .	82
Symbolum Apostolicum. .	4
Symbolum Nicaenum. . .	125
Symbolum S. Athanasii. .	30
Te decet hymnus Deus in Sion.	255
Te Deum laudamus . .	26
Te Joseph celebrent. . .	98
Te lucis ante terminum. .	12
Threnus S. Augustini. . .	102
Tristes erant Apostoli, . .	215
Veni Creator Spiritûs. . .	46
Veni Sancte Spiritûs, et. .	47
Veni Sancte Spiritûs reple. .	43
Vexilla Regis prodeunt. .	230
Victimae paschali laudes. .	231

Digitized by Google

AD USUM PRIVATUM.

LITANIÆ AD SS. TRINITATEM

LUCTUOSO HOC TEMPORE, ANTE, INTER, POST MISSAM, COMMUNIONEM AUT ALIA OCCASIONE FRUCTUOSÈ RECITANDÆ, QUIBUS OMNIA, CUILIBET STATUI NECESSARIA, A DEO PETUNTUR.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis,
Pater gloriæ, et Dominus cœli et terræ,
Pater luminum, a quo omne donum perfectum descendit,
Pater vivificans, et mortuos resuscitans,
Pater, cui omnia sunt possibilia,
Per æternam Charitatem tuam,
Per infinitam Sapientiam tuam,
Per altitudinem Scientiæ, et Providentiae tuæ,
Fili, Redemptor mundi Deus,
Jesu Fili Dei vivi,
Jesu nostrum Refugium,
Jesu Exemplar virtutum,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Jesu Zelator animarum.
Jesu Auctor, et Consummator Fidei nostræ,
Jesu humillime,
Jesu castissime,
Jesu patientissime,
Jesu habitans in nobis,
Per æternam Generationem tuam,
Per Nativitatem, et Vitam tuam,
Per Sanctissimum Nomen tuum,
Per dulcissimum Cor tuum,
Per Divinam Doctrinam tuam,
Per institutionem Augustissimi Eucharistiæ Sacramenti,
Per Passionem, et Mortem tuam,
Per Resurrectionem, et Ascensionem tuam,
Per Adventum tuum ad judicium,
Per æternam Gloriam tuam cum Patre et Spiritu Sancto,
Spiritus Sancte Deus,
Spiritus sapientiæ, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis et timoris Domini,
Spiritus Donum et Promissio Patris,
Spiritus Largitor omnium gratiarum, et virtutum
Per æternam ex Patre, et Filio Processionem tuam,
Per superfluentem Sanctitatis abyssum,

Miserere nobis.

Digitized by Google

qua in conceptione Verbi Matrem Dei inundare fecisti,
Per salutarem super Apostolos Descensionem tuam,
Per ineffabilem Bonitatem tuam, qua Ecclesiam gubernas, concilias Præsides, Martyres corroboras, Doctores illuminas, Religiones instituis
Sancta Trinitas, unus Deus,
Per incomprehensibilem et æternam Majestatem tuam,
Per inexhaustam Bonitatem, et Benignitatem tuam,
Per infinitam Misericordiam, et Longanimitatem tuam,
Per immaculatam Conceptionem Beatissimæ Virginis, et Dei Genitricis, Mariæ,
Per intercessionem omnium Angelorum, et Beatorum,
Per bona opera omnium Justorum,
Ab omni superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira et acedia, libera nos Domine.
A Mandatorum tuorum transgressione,
A Donorum tuorum contemptu,
A rerum sacrarum neglectu,
Ab indigna et sacrilega Communione,
Ab omni schismate, et hæresi,
A spiritu erroris, et agnitæ veritatis contradictione,

Miserere nobis.

Libera nos Dne.

Digitized by Google

Ab omni praesumptione, et desperatione,
A spiritu iræ, rixæ et dissensionis,
A tentationibus et insidiis diaboli,
A maledictione et blasphemia,
A fame, peste et bello,
Ab omni peccato, et peccandi occasione,
A finali impœnitentia,
A morte perpetua,
In die judicii,
Peccatores, te rogamus audi nos.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut indulgentiam, absolutionem et remissionem omnium peccatorum nobis tribuas,
Ut quiete temporum concessa, Ecclesiam tuam sanctam regere, conservare et amplificare digneris, (dicitur ter.)
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare et convertere digneris,
Ut Domnum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta Religione conservare digneris,
Ut Regibus, et Magnatibus Christianis, et cuncto populo Christiano pacem et veram concordiam largiri digneris,

Libera nos Domine.

Te rogamus, audi nos.

Digitized by Google

Ut omnibus Episcopis, et Principibus sanctam charitatem, et verum pro tuo honore, et animarum salute zelum impertiri digneris,

Ut diocesim nostram in vera Fide, et continua pace semper conservare digneris,

Ut omnibus animarum Curatoribus, Magistris et Parentibus sanctum gregis sui, et juventutis Christianae instruendae amorem infundere digneris,

Ut omnes Sacerdotes et Religiosos spiritu sui abnegationis, mortificationis ac desiderio perfectionem assequendi inflammare digneris,

Ut, Dominus messis, multos operarios in vineam mittere digneris,

Ut Missionarios inter paganos confortare, et eorum opera apostolica largissimâ cœlesti benedictione fecundare digneris,

Ut omnes ad sacerdotium vocatos, dignos tibi ministros parare, et fideles mysteriorum dispensatores usque ad finem vitæ conservare digneris,

Ut omnes insigni ingenio praeditos necessaria humilitate, et cœlesti sapientia imbuere digneris,

Ut in Parentes, Propinquos, Amicos

Te rogamus, audi nos.

Digitized by Google

et Benefactores nostros omnia bona hic, et in cœlis effundere digneris,
Ut pueris innocentiæ studium, et obedientiae ac pietatis spiritum concedere digneris,
Ut dona et fructus Spiritus Sancti cordibus nostris infundere digneris,
Ut augmentum Fidei, Spei et Charitatis Dei, et proximi omnibus fidelibus dare digneris,
Ut te adoremus, et tibi soli serviamus in sanctitate, et justitia omnibus diebus nostris,
Ut Dominicos et festivos Ecclesiae dies religiosis et piis operibus sanctificemus,
Ut Parentes, et omnes Superiores debito honore, reverentia et obedientia prosequamur,
Ut nullius vitae, famae, honori, ex ira, odio vel invidia unquam noceamus,
Ut neminem damno, furto vel qualicunque injuria, sive dolo, sive vi laedamus,
Ut ab illicitis carnis desideriis, et impuris affectibus cor nostrum custodiamus,
Ut caveamus, ne corda nostra graventur in crapula, ebrietate et curis hujus saeculi.

Te rogamus, audi nos.

Digitized by Google

Ut errantes et infideles in viam salutis reducere, et in ea conservare digneris,
Ut omnibus divitibus spiritum charitatis et misericordiae erga pauperes conferre digneris.
Ut cunctis tribulatis, afflictis, desolatis, captivis, indigentibus, periclitantibus et aegrotis divinum auxilium praestare vel christianam patientiam et resignationem largiri digneris,
Ut peccatoribus pœnitentiam, justis perseverentiam, et omnibus vitam aeternam dare digneris,
Ut moribundis et agonizantibus veniam, gratiamque dare, et post agoniam eos cœli deliciis recreare digneris,
Ut omnibus Fidelibus Defunctis requiem aeternam donare digneris,
Ut omnibus omnia, quibus indigent, bona animae et corporis, tamquam benignus Pater indulgere digneris,
Ut sub tua protectione quieta Ecclesiae tempora tandem advenire facias, (dicitur ter.)
Ut nos exaudire digneris.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona Ecclesiae pacem.
℣. Fiat pax in virtute tua;
℟. Et abundantia in turribus tuis.

Te rogamus, audi nos.

Digitized by Google

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Sancta Maria Virgo et Dei Genitrix, et omnes sancti,

℟. Orate pro nobis ad Deum.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa beatae Mariae semper Virginis, et omnium Sanctorum intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna per frui laetitia. Per Dominum, etc.

℣ Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

Digitized by Google

LITANIÆ
SACRATISSIMI CORDIS JESU.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Cor Jesu Filii Patris aeterni.
Cor Jesu Filii Virginis Matris,
Cor Jesu Templum Dei sanctum.
Cor Jesu Sanctuarium Domini.
Cor Jesu Tabernaculum Altissimi,
Cor Jesu Domus Dei, et Porta cœli,
Cor Jesu Sedes Magnitudinis et Majestatis Dei.
Cor Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae,
Cor Jesu, in quo habitat omnis plenitudo Divinitatis,
Cor Jesu desiderium collium aeternorum,
Cor Jesu pascens inter Lilia,
Cor Jesu Thesaurus nunquam deficiens,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Cor Jesu dives in omnes, qui invocant te,
Cor Jesu, de cujus plenitudine omnes nos accepimus,
Cor Jesu, vita et resurrectio nostra,
Cor Jesu, pax et reconciliatio nostra,
Cor Jesu Fons aquae salientis in vitam aeternam,
Cor Jesu Puteus aquarum viventium,
Cor Jesu, in quo sibi Pater bene complacuit.
Cor Jesu Hostia vivens, sancta, Deo placens,
Cor Jesu propitiatio pro peccatis nostris,
Cor Jesu amaritudine repletum propter nos,
Cor Jesu saturatum opprobriis,
Cor Jesu attritum propter scelera nostra,
Cor Jesu lanceâ perforatum,
Cor Jesu usque ad mortem crucis obediens factum,
Cor Jesu Agni immaculati,
Cor Jesu Fons totius consolationis,
Cor Jesu Solatium peregrinantis animae.
Cor Jesu Refugium nostrum in die tribulationis,
Cor Jesu Salus in te sperantium,

Miserere nobis.

Digitized by Google

Cor Jesu Spes in te morientium, miserere nobis.

Cor Jesu Deliciae Sanctorum omnium, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

v. Jesu mitis, et humilis corde.

R. Fac cor nostrum secundum cor tuum.

ORATIO ECCLESIÆ.

Fac nos, Domine Jesu sanctissimi Cordis tui virtutibus indui, et affectibus inflammari, ut et imagini tuae Bonitatis conformes, et tuae Redemptionis mereamur esse participes. Qui vivis et regnas, etc.

Digitized by Google

LITANIÆ
CORDIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritûs sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Cor Mariæ ab origine immaculatum, ora pro nobis.
Cor Mariæ gratiâ plenum,
Cor Mariae inter omnia corda benedictum,
Cor Mariae purissimum,
Cor Mariae humillimum,
Cor Mariae amantissimum,
Cor Mariae sanctissimae Trinitatis Sacrarium,
Cor Mariae in annuntiatione Dei incarnati Tabernaculum,
Cor Mariae in visitatione novis gratiis ornatum,
Cor Mariae per novem menses Jesu Christi Domicilium,

Ora pro nobis.

Digitized by Google

Cor Mariae in Nativitate Christi miro gaudio perfusum,
Cor Mariae in Praesentatione doloris gladio transfixum,
Cor Mariae ob Christum repertum in Templo mirifice recreatum,
Cor Mariae cum Christo tristi in horto triste effectum,
Cor Mariae in flagellatione Christi acerbe vexatum,
Cor Mariae in coronatione Christi spinis interioribus transfixum,
Cor Mariae in bajulatione Crucis Christi gravi pondere oppressum,
Cor Mariae Christo crucifixo cruci confixum,
Cor Mariae Christo patienti compatiens,
Cor Mariae mortuo Christo mœrore consepultum,
Cor Mariae Christo resurgente gaudio redivivum,
Cor Mariae in Ascensione Christi dilatatum,
Cor Mariae in descensu Spiritûs Sancti de novo sanctificatum,
Cor Mariae in Assumptione tuâ super omnes Beatos exaltatum,
Cor Mariae ad dexteram Christi in cœlis collocatum,

Ora pro nobis,

Digitized by Google

Cor Mariae Consolatio afflictorum, ora pro nobis,
Cor Mariae Refugium peccatorum, ora pro nobis.
Cor Mariae spes agonizantium, ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tolfis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
v. Dignare me laudare te Virgo Sacrata.
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

Sancta Maria! Mater Domini nostri Jesu Christi et mundi Domina, quae nullum derelinquis et nullum despicis, respice me Domina, clementer oculo pietatis, et impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, ut qui nunc sancti et immaculati Cordis tui laudes et merita devoto affectu recolo, aeternae in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Deo Patre, etc.

Digitized by Google

QUÆDAM INDULGENTIÆ.

Quoties quis devote recitat *actus Fidei, Spei et Charitatis*, toties 7 annorum et 7 quadragenarum indulgentias; qui vero per integrum mensem quotidie dictos actus recitat, * et in illo mense, die ad sui libitum eligendâ, contrite peccata sua confitetur, digne communicat, et ad intentionem summi Pontificis devote orat, indulgentias plenarias lucrari potest.

Quoties quis devote orat hymnum *Veni Creator Spiritûs* pag. 46, toties lucrari potest 100 dierum indulgentias; qui vero per integrum mensem dictum hymnum quotidie recitat etc. *ut supra.* *

Qui devote orat ter *Pater noster* In memoriam Passionis et Agoniae Jesu Christi, et ter *ave Maria* in honorem Dolorum B. M. V. Reginae Martyrum tempore agoniae ejus Filii Jesu Christi semel in die 300 dierum indulgentias; qui vero per integrum Mensem quotidie recitat etc. *ut supra.* *

Pro recitatione hymni *pange Lingua* pag. 61 et vers. *Panem* cum oratione: *Deus qui nobis* pag. 62 semel in die 300 dierum indulgentias. Pro recitatione

Digitized by Google

Litan. Laur. B. M. V pag. 94 et vers. *Ora pro nobis*, cum oratione *Gratiam tuam* pag. 97. toties quoties 300 dierum indulgentiae merer possunt.

Omnes supra dictae indulgentiae, tam partiales, quam plenariae Fidelibus Defunctis applicari possunt.

Pro recitatione *Stabat Mater* pag. 82 in honorem B. M. V. toties quoties 100 dierum indulgentiae; eædem indulgentiae pro recitatione sequentis orationis:

In Conceptione tua, Virgo Maria, immaculata fuisti. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium Jesum de Spiritu Sancto Conceptum peperisti.

APPROBATIO.

Imprimi possunt ad usum privatum.

Ruraemundae, hac 24 *Nov.*, 1846.

J. A. PAREDIS,

ADM. APOSTOLICUS, etc.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google